



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

A

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

& successoribus tuis in perpetuum, de modo tibi & eisdem successoribus sit more ac modo debito munus benedictionis impensum & te ac eos constet existere sacerdotes, auctoritate presentium concedimus ex gratia speciali.

Verpatet ex libro privilegiorum dicti ordinis Neap. impresso.

ABBATISSA.

PRAETER Summissis in hoc verbo, ferendum est quod Abbatisse, & alia monasteriorum monialium ad vitam prefectas, cum vacauerint, seu cesserint non ultra triennium per universam Italiam in futurum eligantur iuxta Decreta Sac. Conc. Trid. & regularia suorum ordinum instituta; quo tempore finito praesse desinant, & abstineant per triennium a die finitae administrationis, quo elapso servato forma eiusdem Concilij iterum & pluries eligi possint ex constitutione Greg. xij. Romae publicata die 4. Ianuarij 1583. incip. exposcit debitum, & in fra hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in omnibus & singulis monasterijs monialium Sancti Benedicti Cisterciens. Cartusien. & aliorum quorumcumque ordinum in universa Italia & praesertim in vtriusque Sicilia Regnis Consistentibus, qua nunc per Abbatisse, vel alias prefectas perpetuas reguntur & gubernantur, cum primum Abbatisse aut alia prefecta huiusmodi regimini & administrationi ipsorum monasteriorum cesserint, etiam apud Sedem Apostolicam, vel cesserint, earum Abbatisse, seu prefecturas vacare cogerit, Abbatisse, aut alia prefecta non amplius perpetua seu ad vitam (quarum nomen ac titulum ex nunc prout ex tunc Apostolica auctoritate ex certa nostra scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine tenore presentium perpetuo extinguimus, & abolemus) sed triennalis tantum a conventu vniuscuiusque monasterij, & alias iuxta decreta Sancti Concilij Tridentini, & regularia suorum ordinum instituta eligantur, & praeficiantur, qua postmodum elapso triennio suis officijs per se hinc praesse desinant omnique prorsus careant auctoritate, ac a regimine, & administratione monasterij per triennium a die finitae administrationis inchoandum abstineant, quo elapso servata eadem forma concilij Tridentini, iterum & pluries eligi possint. Distinctius inhibentes omnibus & singulis dictorum monasteriorum conventibus, superioribus, & personis aliquam Abbatisse aut aliam prefectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennem tantum eligere & praeficere villo modo audeant, vel praesumant; quod si secus a quoquam quavis auctoritate fuerit attentatum, electionem & praefectionem huiusmodi, ac omnia, & singula, qua inde sequenter irritat, nulla & inania, nulliusque roboris & momenti forent; sicq; per quoscunq; iudices & c. in Bullario, fol. 1321. Electio autem quomodo factenda sit, habetur in c. indemnitatibus. de elect. in 6. & in d. Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 6. & 7. Hac autem Constitutio declaratur per Navar. conf. 82. de regula. lib. 3. in antiquis & conf. 7. de statu mona. in novis, non includere eas, qua vere non sunt professa regularia Sancta Sede Apostolica approbatam.

Abbatissa tenetur ante mensem certiore facere episcopum de tempore professionis monialium, alioquin quoad episcopo videbitur, ab officio sit suspensa ex Decreto dicti Conc. Trid. sess. 25. ca. 17. de potestate praefectae monialium. Sol. in 4. sent. dist. 20. q. 1. ar. 4.

Abbatissa temporalis non est iure benedicenda, nisi sacrosancta Sedes Apostolica aliud statua expresse vel servet contrarium. Navar. conf. 4. de regul. lib. 3. fol. 57. in antiquis, & conf. 2. de statu mona. in novis.

- 1 *Constitutionis Sixti V. Relatio.*
- 2 *Eiusdem per Greg. XIII. Moderatio. & num. 4.*
- 3 *Pœna contra personas ecclesiasticas procurantes abortum, quæ nam sint.*
- 4 *Cui reservatur absolutio in foro conscientie.*
- 5 *Fœtus animatus quando dicatur. & præsumatur.*
- 6 *Casus in quibus persona ecclesiastica tradi potest Curie seculari.*

ABORTVS. Præter Summissas in hoc verbo sciendum est, quod abortum *Cõgruit*
 procurantes, consultantes, & consentientes quocunque modo, incurrunt in *tit. de*
 pœnas contentas in Constitutione Sixti V. Romæ publicata die 16. Nouembris *homic.*
 1588. Neap. alias impressa incipiente Estrenatam, & infra.

Omnes, & quoscunq; tam viros, quam mulieres cuiuscunq; status, gradus, ordinis, &
conditionis, etiam clericos seculares, vel cuiusvis ordinis regulares, quavis dignita
te, & præminentia ecclesiastica, vel mundana fulgentes, qui de cetero per se, aut in
terpositas personas, abortus, seu fœtus immaturi, tam animati, quam etiam inani
mati, formati, vel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medi
camentis potionibus, onerib; laboribusq; mulieri prægnanti impositis, ac alijs etiam
incognitis, vel maxime exquisitis rationibus, inde, vt re ipsa abortus sequutus fue
rit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam di
uino, quam humano iure, ac tam per canonicas sanctiones, & Apostolicas Constitu
tionem, quam ciuilia iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium
actu, & re ipsa patrauerint, propositas, & inflictas (quorum omnium tenores his no
stris literis pro expressis, & ad verbum insertis habemus) eo ipso incurrere hac no
stra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ipsasq; pœnas, leges, &
constitutiones ad casus præfatos extendimus. Eos vero qui clerici fuerint omni pri
uilegio clericali, officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, quæ sic vacatura,
nostra, & sedis Apostolica dispositioni perpetuo reservamus, ipso factõ priuamus, &
in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus; adeo vt illi, qui hoc delictũ cõ
miserint non secus atq; ij, qui sua voluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Con
ciliũ Tridentinũ decreta, etiam si crimen id nec ordine iudiciario probatum nec alia
ratione publicum, sed occultum fuerit, ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis
ordinibus ministrare nullo modo possint nec illis aliqua ecclesiastica beneficia, etiam
si curam non habeant animarum, conferri liceat: sed omni ordine, ac beneficio, & of
ficio, perpetuo careant, nec non, & illos qui clerici non fuerint, & talia perpetrave
rint, non solum pœnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad ordines, &
alia prædicta decernimus, & declaramus. Volentes, quod hi qui foro ecclesiastico sub
iecti, vt præfertur, deliquisse comperti fuerint per iudicem ecclesiasticum depositi, &
degradati, curia, & potestati seculari tradantur, qua de eis illud capiat supplicium,
quod contra laicos vere homicidas per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum
Præterea eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac vene
na mulieribus propinauerint, & quo minus fœtum concipiant, impedimentum præ
stiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint sine quocunq; modo in his consul
uerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, ac scienter sumpserint. Quocirca
mandamus vniuersis, & singulis iudicibus ordinarijs, & Delegatis, tã ecclesiasti
cis, quã secularibus, quibus contra criminum reos, etiam quo ad causas huiusmodi

de iure, vel ratione delicti, aut personarum legitime competet iurisdicção, ita tamen
 ut inter eos præventionis locus sit, ut in his delictis, quæ ut plurimum in occulto per-
 petrantur, contra quoscunque, non solum per accusationem, & delationem, verum
 etiam per inquisitionem, ac simplicem denunciationem procedant, ac ad illa proban-
 da testes alias de iure inhabiles, eorundem tamen iudicum arbitrio habita ratione
 personarum, causarum & qualitatum illarum ac circumstantiarum quarumcumq;
 admittant, ac in eos, qui culpabiles fuerint prout per nos sancitum est demum anti-
 maduertant. Insuper ut immanissimi huius delicti gravitati non solum temporali-
 bus, verum etiam spiritualibus pœnis prospiciamus, ac provideamus, omnes, & sin-
 gulos cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel cõditionis existentes, tã laicos, quã
 clericos seculares, & cuiuscunque ordinis regulares, nec non mulieres seculares, vel
 quemcumque ordinem professas, qui vel quæ, vel uti principales, vel ut sociæ, con-
 sciæ ad tale facinus committendum, opem, consilium, favorem, potionem, uel alia cu-
 iuscunque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo literas priua-
 tas, uel apochas, vel alias verbis, aut signis iuuerint, aut consulerint (ultra supra-
 dictas pœnas) ipso facto, nunc prout ex tunc excommunicamus, & pro excommunica-
 tis declaramus. Decernentes, ac declarantes, quod per quæcunque Iubileæ, & In-
 dulgentias per nos, & successores nostros etiam anno Iubilei, aut alio quouis tempo-
 re, etiam Cruciatæ Sanctæ, Iubilei, vel quouis alio titulo concessas, & concedendas,
 nec non per quascunque literas Apostolicas quibusuis Principibus seu ad eorum in-
 stantiam per nos, & successores nostros pariter concessas, & concedendas, ac etiã
 vigore privilegiorum Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatorum quibus-
 uis congregationibus Regulariũ, aut episcopis vigore Concilii Tridentini, vel alias
 per nos, & prædecessores nostros quomodocunq; concessorum, vel in futurum con-
 cedendorum: nec personæ sic, ut præfertur, delinquentes, & excommunicatæ præ-
 terquam in mortis articulo absolui ualeant: nec cum iis clericis, qui huiusmodi deli-
 cta perpetraverint, etiam si eorum crimen occultum fuerit, super irregularitate
 præmissorum occasione contracta, nec per locorum ordinarios, nec per alios quavis
 auctoritate fungentes, quam per nos, & Romanos Pontifices nostros successores,
 & tunc non nisi urgentissimis de causis dispensari possit. Ac tam absoluendi, quam
 dispensandi facultatem huiusmodi, etiam quo ad forum conscientie in casibus supe-
 rius expressis nobis, & successoribus nostris duntaxat reservamus. † Hæc tamen
 Constitutio fuit moderata per Gregor. xiiii. prid. Kal. lunij 1591. & Neap. alias
 impressa incip. Sedes Apostolica pia mater, & infra. Habita super hoc cum uenera-
 bilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotiis, & consultationibus
 episcoporum deputatis matura deliberatione, de eorum consilio, constitutionem præ-
 dictam sic duximus moderandam, ut a peccato, & excommunicatione contra per-
 sonas ibi expressas lata, tam quo ad eos, qui hætenus deliquerunt, quam quo ad il-
 los, qui post nostram constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet presby-
 ter tam secularis, quam cuiusuis ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones
 audiendas, & ad hos casus specialiter per loci ordinarium deputatus plenam, & li-
 beram, in foro conscientie tantum absoluendi habeat facultatem eandem prorsus,
 quam idem Sixtus prædecessor sibi, ac suis successoribus reservavit. Quo uero ad pœ-
 nas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, uel su-
 mentium uenena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, uel consilium eis dan-
 tum in prædicta Constitutione contentas, Cõstitutionem præfatam in ea parte, ubi
 de his agit, ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilii Triden-
 tini dispositionem auctoritate Apostolica tenore presentium, tam quo ad præterita,
 quam

quam quo ad futura perpetuo reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset non obstantibus eadem Prædecessoris nostri constitutione, quam quo ad reliqua omnia præter contenta in hac nostra Constitutione in suo robore omnino permanere uolumus, ceterisque contrariis quibuscunque, &c.

- 3 Nota per hanc moderationem remanere supradictas ꝛ pœnas impositas a Sixto V. pœn animatum fœtum, priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis Curie seculari, & præuentionis ut supra: sed solum fit moderatio in parte quo ad ꝛ absolutionem a peccato, & excommunicationem reseruatam ordinario in foro conscientie tantum, quando uero non est fœtus animatus, in totum tollitur Constitutio Sixti V. & reducitur ad dispositionem iuris communis ut in c. sicut el 2. cap. si aliquis, de homicid. ubi glo. Abb. Felin. & Docto. tex. in cap. quod uero, cum sequi. 22. q. 2. Couar. in clem. si furiosus in 2. par. §. 3. de homicid. & non facit Irregularem: Dicitur ꝛ autem fœtus a animatus in masculo a post quadraginta dies, in femina post octuaginta, & si dubitatur, an masculus sit uel femina, presumendum est esse animatum post quadraginta dies Nauar. b in Man. confess. cap. 15. num. 14. quia in dubio b tutior pars est eligenda, & est communis opinio, quam sequitur Sacra Pœnitentiaria ut testatur Nauar. in conf. 22. de homicid. in antiq. & in conf. 26. in nou. non tamen est Irregularis consulens abortum ei, quæ dubitat esse prægnantem, si non apparet de abortu, ut per eundem in conf. seq. d. tit.
- Pœnam a iure diuino impositam habes Exodus 21. & c. Moyses 32. q. 2. Pœnam uero a iure ciuili impositam habes in l. si aliquid §. abortionis, & in l. Cicero ff. de pœn. in l. si mulierem, & in l. 3. §. ex Senatusconsulto ff. ad leg. Cornel. de sicar. Afflic. in constit. reg. terminum uitæ nu. 29. & in constit. mala. §. amatoria pocula num. 5. Grillan. de foraleg. q. 13. Boss. in tit. de homicid. Foller. in pract. crim. par. 4. in princ. in uerbo pœnis debitis feriuntur, sub nu. 63. Iul. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 68.
- 6 Nota ex prædictis ꝛ casum, in quo ecclesiastica persona pôt tradi c Curie seculari ob abortum animatum; Id etiam considerauit Chapeauilla in tract. de cas. reseruat. par. 2. cap. 9. q. 1. fol. 259. Alium casum habes in persona ecclesiastica exercente Sodomiam per Bullam Pij V. incip. Horrendum, relata per Nauar. in c. 27. nu. 249 in Man. confess. & per Moder. in addit. ad Diaz. c. 86. fol. 341. & infra in uerbo Sodomia. Alius etiam casus traditionis Curie seculari est contra eos, qui cum ad sacrum Presbyteratus ordinem minime promoti sint, sacerdotis tamen auctoritatem temere sibi assumentes missarum celebrationem vsurpare, & sacramentum pœnitentiæ Christi fidelibus ministrare præsumunt, ut patet ex nouissima Constitutione Sanctissimi D. N. Clementis viij. relata infra in uerbo d Ordo, quam ad de tit. de cler. non ordi. ministra. d Reliquos uero casus refert Iul. Clar. in pract. crim. q. 36. & tunc an teneatur iudex secularis exequi sententiam iudicis ecclesiastici habetur per eundem Iul. Clar. q. 96. num. 7 post Iser. & Affl. in p̄ma Const. Regni, Luc. de Pen. late in l. 1. C. de priuileg. scholar. li. 12. & in l. nemo C. de digni. eo. lib. Diaz. in pract. crim. Canon. c. 144. in uerbo curia seculari, & ibi Addeutes.

a *ADDITIO* Ex quo inferitur, quod postquam fœtus est uiuificatus per animæ infusionem quæ censetur infusa siue in mare, siue in femina si lineamenta omnium membrorum habebit ut per Burgas. in tract. de irregular. par. 6. tit. de ueneficis sub nu.

14 licet adhuc vere non sit in rerum natura. & multa possent impedire ne nascatur
 l. 1. §. sed & si quis ventrem ff. de ventr. in poss. mitt. tamen illum occidens vere ho-
 micidium committere dicitur c. quod vero. & c. moyses 32. q. 2. c. consulisti. in fine.
 & ibi glos. 2. q. 5.

Prædictæ autem pœna an vendicent sibi locum etiam in eo qui procurauerit abortum
 fœtus animati ad præseruandam ipsam prægnantem quam Medici dicunt non aliter
 posse euadere mortem nisi existens in vtero occidatur vide Sylu. in v. Medicus §. 4.
 Burgas notab. in d. tract. par. 6. ti. de Physicis & Chirurgis. fol. 269. Amplia vt quo
 ad euitandam irregularitatis pœnam nihil suffragetur alleganti se non habuisse in-
 tentionem, & propositum occidendi fœtum quoties operatur actum illicitum. & de
 sui natura aliquo modo ordinatum ad abortum causandum c. sicut et 2. de homic.
 Na. conf. 24. de homic. in antiq. Couar. in relect. clem. si furiosus de homi. §. 4. p. 2. li-
 cet non incurrant irregularitatem indispensabilem ex dictis per eundem Nau. in
 man. confess. c. 27. sub nu. 240.

Limita. & primo in eo qui non fuit in dolo & sic in ignorante mulierem esse prægnan-
 tē, vt clare habetur per August. Ariminen. in apostil. ad Aug. in tract. malef. in
 ver. & ex interuallo per Campanum in c. regni ad peruersorum sub nu. 50. & colligi-
 tur ex dictis per Afflict. in rub. const. Terminum vitæ nu. 2. Couar. in præalleg. §.
 4. sub nu. 10. dicens contrarium sibi non uideri iuri consonum, & eo maxime si igno-
 rantia esset inconuincibilis, & hoc quoad pœnas non autem quo ad irregularitatem
 quam euitare non potest.

Secundo limita in eo quia contrario sensu dederit poculum mulieri ad eam ingrauidan-
 dam, & illa eo sumpto mortua fuerit, nam tunc debet tantum puniri pœna relega-
 tionis l. 3. §. sed ex senatusconsulto. ff. ad l. Corn. de sicar. Afflict. in Const. Mala no-
 xia. §. amatoria pecula. nu. 6. & ratio esse potest vt excusetur a dictis pœnis quia fina-
 lis intentio tradentis huiusmodi poculum ad concipiendū tendit in bonum s. ad su-
 scipiendam prolem quod est fauorabile, licet istud factum non debeat ex toto transi-
 re impunitum propter malum exemplum consistens in eo, videlicet in querendo uio-
 lentare naturam, volendo imponere fecunditatem in utero, in quo Deus, & natura
 imposuerunt sterilitatem. quæ ratio colligitur ex dictis notabiliter per Paul. Grill.
 in tract. de sortileg. q. 12. nu. 19. non tamen euadet Irregul.

b Adde glo. celebrem in c. vnico, de scrutin. in ord. fac. in fin. & Felin. in c. auditis
 de præscrip. sub nu. 32. limita tamen in foro contentioso quo ad pœnam, quia in du-
 bio iudicis partes debent esse in absoluendo iuxta tex. in c. cum sint iura partium ob-
 scura. de reg. iur. in 6. cum interpretatio debeat fieri in mitiorem partem l. si de in-
 terpretatione. ff. de panis, & hanc esse communem doctorum resolutionem id c. ad
 audientia, vbi præcipue Abb. nu. 3. de homici. testatur Nauar. in supra alleg. conf.
 nu. 22. in antiq. licet Couar. in clem. si furiosus, nu. 3. de homic. par. 1. in princ. videa-
 tur tenere contrarium.

c Ista traditio operatur vt ecclesia non teneatur eum amplius defendere. glos. in c. si
 qui sacerdotū 11. q. 1. & qualiter fieri deat. habetur in c. nouimus de verb. sig. & in
 casib. in quib. clericus traditur curia seculari puniendus, communis opinio est, quod
 nõ tenetur iudex secularis stare processui factõ coram iudice ecclesiastico sed potest
 de nouo formare processum. & ratio est quia per huiusmodi degradationem, & tra-
 ditionem reputatur tanquam laicus de quo tanquam sibi subdito iudex secularis co-
 gnoscere potest Iul. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 96. num. 7. quod intelligatur non pro-
 cedere in crimine mere ecclesiastico, de quo iudex secularis non potuisset cognoscere
 etiam si reus fuisset laicus vt in crimine hæresis. c. vt inquisitioni §. prohibemus, de
 hæret.

hæret. in 6. quo casu ut refert Boss in tit. de hæret. nu. 35. servatur, vt sola sententia transmittatur. imo solus effectus sententiae.

Et audiens serio confessionem sacram, & absoluendo simulando se presbyterum, est irregularis. Nauar. in man. confess. c. 27. sub nu. 242. fol. 526.

AGNVS DEI.

AGNVS DEI benedicti ne minio inficiantur, nec venales proponantur Gregorij XIII. Constitutione cauetur, Romæ publicata die 11. Iunii 1572. cuius tenor talis est, Omni certe studio, & opera a nobis procurandum est, vt ea tollantur, quæ non conueniunt, ac nostrum, & aliorum bonorum, piorumque Christi fidelium animos offendunt. Itaque prouide considerantes certas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices statis temporibus consecrari solitas, licet Agni puri, & mundi a Summo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus postmodum immaculatas, non autem auro, & coloribus vllis depictas, sed in sua albedinis mundicie sanctificatas congruenti cum reuerentia teneri, & conseruari debere: Statuimus, & ordinamus, ac sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda prohibemus, & interdiciamus, ne quisquam siue vir, siue mulier, seculares, aut ecclesiastici, etiam regularis ordinis ille sit, & quocumque gradu, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore præcellat, post hac in perpetuum Agnus Dei per Romanum Pontificem pro tempore existentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud super inducere, neque depingi, aut miniari facere nec illos venales proponere, seu tenere quouis prætextu qualibetue de causa audeat: verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem representantes, qui occisus pretiosissimo sanguine suo nos redemit, decenter ac reuerenter a cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipimus, & ita ab omnibus fieri, & ceteri debere decernimus. Mandantem omnibus, & singulis locorum ordinarijs per vniuersum Christianum orbem constitutis, eorumque vicarijs in spiritualibus generalibus. vt præsentem nostram constitutionem & prohibitionem in suis quisque ciuitatibus, & diocæsiibus statim publicare procurent, ita vt ad omnium notitiam quam primum peruenire possit. Quicumque vero inobedientes fuerint, præter excommunicationis penam, quam vt præfertur incurrent, etiam alijs penis ipsorum ordinariorum, seu vicariorum plecti, & mulctari volumus, & iubemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque, volumus etiam quod præsentium literarum exemplis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati ecclesiastici ob signatis plena, eademque prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Domini cæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, octauo Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

De significato, & eorum benedictione habetur in libro Cereemoniali vbi in fine sunt infra scripti versus.

Legimus Urbanum V. Pont. Max. misisse ad Imperatorem Gregorium tres Agnus Dei cum versibus infra scriptis.

Balsamus.

10 ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

Balsamus. & munda cera cum chrismatis vnda,
 Confiunt Agnum. quod munus do tibi magnum
 Fonte velut natum. per mystica sanctificatum
 Fulgura de sursum depellit, & omne malignum
 Peccatum frangit vt Christi sanguis, & angit
 Prægnans seruat. simul & partus liberatur
 Munera defert dignis, virtutem destruit ignis
 Portatus munde de fluctibus erripit vnda
 Morte repentina seruat: Satanæq; ruina
 Si quis honoret eum, retinet super hostes tropheum
 Parsq; minor tantum tota valet integra quantum
 Agnus Dei miserere mei
 Qui crimina tollis miserere nobis.

ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

- 1 Quenam iura obseruanda sint in alienatione rerum Ecclesiæ.
- 2 Regula traditur pro validitate alienationis rei ecclesiæ; Ampliatur a num. 15. & limitatur a num. 28.
- 3 Causæ alienationis, & casus a iure permissi sunt idem, & requirunt solemnitates & quenam illæ sint.
- 4 Consensus patroni an requiratur.
- 5 Dispositio huius Paulinæ quæ sit. eius intelligentia, & praxis.
- 6 Prælati iurant non alienare, & quid operatur.
- 7 Assensus Apostolicus, quod importet.
- 8 Assensus debet precedere contractum & quando subsequi num. 11.
- 9 Traditio possessionis ante assensum quid operetur.
- 10 Cautela pro contrahentibus ne incurrant in penas huius Paulinæ.
- 11 Assensus quando subsequitur.
- 12 Euidens utilitas quando attenditur, quæ dicatur, & quid si post assensum reperitur lesio.
- 13 Penæ commissariorum male iudicantium, procurantium, at tali a decreta extorquentium.
- 14 Gerardina constitutio quæ sit, & praxis procedendi in huiusmodi causis.

ALIENATIO rerum Ecclesiæ. Præter Summistas in hoc verbo sciendum est, Paulum III. aliqua constituisse circa alienationem rerum Ecclesiasticarum, quæ Pius III. reduxit ad viam iuris communis, vt in eius Constitutione publica Romæ die 24. Septembris 1560. Incip. Prouida. fol. 68. in Bullariis, adeo quod hodie attenditur dispositio Sacrorum Canonum, præsertim Pauli II. fol. 91. quæ est inter Extræuag. com. sub tit. de reb. Eccles. non alienan. tenoris sequentis:

Ambitiosa cupiditati illorum præcipue, qui diuinis, & humanis affectati damnatione postposita, immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, Monasteria, & pia loca regantur illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt, occurrere cupientes.

Optimum rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem omnemq; pactum, per quod

quod ipsorum dominium transfertur concessione hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum, emphyteuticum, praterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc in ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, hæc perpetuo valitura Constitutione præsentis fieri prohibemus.

Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus in suo nihilominus robore permanentibus. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio hypotheca, concessio, locatio conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris, vel momenti, & tam qui alienant, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat.

Alienari vero bona, ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorē si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus, & si per sex menses immediate sequentes sub interdictione huiusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato, lapsis mensib. eisdem a regimine, & administratione suæ ecclesiæ, vel monasterii cui præsidet, in spiritualibus & temporalibus sit eo ipso suspensus inferiores vero prælati commendatarii & aliarum ecclesiarum Rectores beneficia, vel administrationē quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus personatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus, præbendis aliisque ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt dumtaxat ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea private fuerint) libere de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter aut generaliter reservata, nihilominus alienata res & bona huiusmodi ad ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere revertantur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicæ Incarnationis 1468. Kal. Martij Pontificatus nostri anno quarto.

Ad evidentiam præmitto quod de Alienatione rerum ecclesiasticarum, piorumve locorum habetur in iure civili in l. i. ubi dicitur la 2. & in Auth. hoc ius porrectum, cum multis Auth. seq. C. de sacro. eccl. & in lib. Auth. in tit. de aliena, & emphyt. & in alio tit. clariori de non alien. nec permuta. reb. eccl. In iure vero Canonico habetur in lib. Decreti 12. q. 2. per totam, præsertim in c. sine exceptione, ac in lib. Decretalium in tit. de reb. eccl. alien. vel non, præcipue in c. nulli; Habetur in lib. Sexti, in Clem. ac in hac extrauag. communi eo. tit. & in Conc. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 11. incip. Magnam.

1 Standum est hodie in Dispositioni iuris Canonici gl in c. 1. in verbo tractatus de reb. eccl. non alien. in 6. Abb. in c. in præsentia, sub nu. 28. de probat. & in c. inter alia nu. 16. de immu. eccl. & in d. c. nulli nu. 6. de reb. eccl. alien. vel non & in conf. 41. sub nume. 3. par. 1. Quo dilucidius intelligi possit hæc materia, quæ longa & obscura est, visis omnibus pene scriptoribus, consideratisque eorum dictis, ac perpenſis facio Regulam, quod

2 Ad validitatem alienationis Rei ecclesiasticæ ¶ Duo copulative requiruntur, causa iusta in casu licito, & forma, 1. sollemnitas legitima, c. 1. de reb. eccl. non alien.

alien. in 6. d. clem. 1. eo. tit. d. c. sine exceptione, glo. in summa. 12. q. 2. Abb. in c. 2. num. 8. de his quæ vi met. cau. in c. 1. num. 17. de restit. in integr. & in c. nulli. nu. 7. de reb. eccles. alien. & in c. ad nostram, eo. tit. in c. tua, num. 8. de his, quæ fiunt a prælat. sine cõsensu c. Socin. in suis fallent. reg. 100. in verbo, eccles. Dec. in Auth. qui rem num. 21. C. de sacros. eccles. & in conf. 142. nu. 4. Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. nu. 2. qui dicunt communem esse opinionem, Redoa. in tract. de reb. eccles. alien. q. 51. c. 7. nu. 21. & q. 36. nu. 17. & q. 46. Mascari. de proba. conclusio. 75. Molina de contract. disput. 468. Et hac forma omissa regulariter nõ valet alienatio. Afflict. in decis. 107. & dec. 85. Vinc. de Franch. decis. 35. late per Franc. Sarmant. Rotæ Romanæ Auditorem in tract. de reddit. eccles. par. 1. c. 2. vbi doctissime præter alios.

3 Cause iustæ sunt quatuor † necessitatis, vtilitatis, incommoditatis, & pietatis. glof. in summa 12. q. 2. Abb. in d. cap. nulli, de reb. eccles. alien. Silu. ver. Alienatio, num. 2. explicat Rebuff. in compen. aliena. rer. eccles. num. 9. latissime Redoa. in d. tracta. quest. 19. 20. 21. & 22. & q. 51. cap. 22. aliqua per Couar. d. lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 8. & 9. & cap. 17. Moll. in d. tract. dispu. 465. Navar. in comment. de alien. rer. eccles. Necessitas & vtilitas æquiparantur in iure, cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. & clem. 1. eod. tit. Abb. in cap. vt super. de reb. eccles. alien. & in cap. fin. de eccles. ædifi. Et istæ causæ dicuntur casus a iure permiffi, vbi reducuntur omnes, qui in iure reperiuntur expressi d. glo. in Sum. 12. q. 2. & in cap. 2. in verbo casibus, de reb. eccles. non alien. in 6. & regulariter requirunt solennitates in alienatione, exceptis aliquibus, quos ponam infra in limitationibus.

Alienatio rerũ ecclesie Diff. in ter alienat. ex causa necessitatis et ex causa vtilitatis.

Adde quod inter alienatione ex causi necessitatis, & illam quæ sit ex causa vtilitatis comuniter distinguunt DD. & sic vt in primo casu seruatis seruandis sufficiat illam vtiliter esse cceptam, ita quod Ecclesia non sit in damno, illiq. stetur qualemcumque exitum habeat: in secundo vero non sufficit illam vtiliter esse cceptam nisi effectus sequatur, & contrarium non euenerit, scilicet quod Ecclesia effecta sit locupletior, quam differentiam præter alios tangit Federic. de Sen. in conf. 249. sub n. 2. Rebuff. in compend. alienat. num. 72. approbat Rota Rom. in decis. 65. diuers. num. 4. & 23. vol. 2. sequitur Ioan. Anton. Lanar. in conf. 50. nu. 6. & 7. & Fabius de Anna in conf. 38. nu. 36. vol. 1.

4 Solennitas legitima continet quatuor de iure antiquo, vt authoritas prælati, tractatus, consensus Capituli, & subscriptio singulorum saltem per Notariũ, de quibus per Abb. in c. 1. & c. tua de his, quæ fiunt a prælat. Silu. & Summittæ in verbo Alienatio Rebuff. in d. compen. a num. 9. vsque 14. & a num. 74. vsque 99. & num. 118. latissime per Redoa. a q. 24. vsque ad q. 48. † Consensus patroni si ecclesia sit patronata, non est de necessitate. Abb. in c. vnico, vt benef. eccl. sine dim. confer. Dec. conf. 174 Redoa. in d. tra. q. 31. licet contrarium teneat Rebuff. num. 90.

5 Hõdie vero regulariter prohibetur omnis modus alienandi etiam in casu licito, & seruatis solennitatibus prædictis inconsulto Romano Pontifice per hæc extrauag. † quæ diuiditur in duas partes, in prima ponit causam motiuam, in secunda ibi omnium rerum, prohibitionem facit, & tres tantum casus concedit alienandi inconsulto Romano Pontif. Primus est locationis, & conductionis infra triennium; Secundus est emphyteusis habentis tres condiciones, scilicet in casibus a iure permiffis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidenti ecclesie vtilitate. Tertius est alienationis fructuum, qui seruando seruari

seruari non possunt, secundum tutiorem sensum Caieta. in verbo excommunicatio c. 75. Pro cuius prohibitionis obseruantia ibi Prædecessorum innouat, & confirmat antiquos Canones, præsertim cap. sine exceptione. 12. q. 2. c. 1. & c. nulli, de reb. eccle. alien. c. 1. & 2. eo. tit. in 6. clem. 1. eo. tit. quibus duo hæc extrauag. addit. primum vt non possit fieri locatio vltra triennium, declarando verba ad modicum tēpus in d. cle. 1. in fin. nam antea poterat ad decennium vt ibi per glo. & Doct. Secundum vt qualibet alienationis species nõ fiat inconsulto Rom. Pont. & sic additur alia solennitas, quæ non requiritur in prædictis tribus casibus hic exceptis. Item pro maiori obseruatione huius prohibitionis annullat contractus, & imponit pœnas, ibi si quis autem, h. d. in summa. Qualibet species alienationis ecclesiasticæ etiam locationis vltra triennium regulariter non potest fieri inconsulto Rom. Pont. excipit, innouat, ac confirmat iura antiqua, annullat contractus, & imponit pœnas. Vltra Caieta. faciunt relata per Redoa. q. 35. qui in q. 36. & 42. aliter intelligit, hanc Paulinam, vt quando sunt seruata causa & solennitates, non requiratur assensus Apostolicus de necessitate, nam per eam permittitur alienatio in casibus a iure permisis, videlicet iusta de causa, & seruata forma iuris Canonici, notat etiam Nauar. in d. comm. de alien. rer. eccle. sub nu. 2. ac in manua. confess. c. 27. nu. 156. & videtur tenere Rebuff. in d. compen. Sed prima intelligentia est de obseruantia, stylo & praxi Rom. Curia, congruit litera, & sensui, hæc tutior, a miror de Redoa. & Nauar. qui de isto Caieta. sensu mentionem non faciunt. Animaduertendum tamen est, quod etiam si hæc Constitutio non fuisset edita, Prælati & Abbates non possent regulariter alienare in casu etiam licito, & seruatis solennitatibus inconsulto Rom. Pont. ob iuramentum, quod ita præstant, Abb. in c. vt super, de reb. eccle. alien. in c. fin. de eccle. edific. & in c. ad nostram, eo. ut. de reb. eccle. & in c. 2. de feud. num. 13. Redoa. q. 55. Nau. in d. comment. a nu. 11. vsque 15. quanto magis hodie per hæc extrauag. cuius pœnis se subiiciunt in iuramento, vt habetur in Pontificali fol. 81. & 120. His verbis, Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, nec de nouo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli ecclesiæ meæ inconsulto Rom. Pont. & si ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo. Idem iurant Abbates vt in d. Pontificali fol. 134. mutato nomine (ad mensam) dicendo ad monasterium, (& Capituli) dicendo conuentus monasterij mei. In ceteris vero personis, quæ non ita iurant, valebat alienatio in casu licito seruatis solennitatibus ante hæc extrauag. Abb. in d. c. vt super. Quia assensus Apostolicus supplet tractatum & consensum prælati superioris. Abb. in conf. 41. par. 1. Dec. consil. 142. Rebuff. in d. compen. sub num. 15. Capyc. decis. 16. Paris. conf. 24. lib. 2. Redoa. q. 43. & 36. Non tamen supplet consensum Capituli seu maioris partis, & in quib. consistat, & dicatur maior pars, Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt a maio. part. Capit. Rebuff. nu. 76. Redoa. q. 38. & debet conuocari per eum ad quem spectat. Abb. in c. 1. de maio. & obediens. Autoritas Episcopi, seu prælati non est de necessitate, si ecclesiæ non habet collegium seu Capitulum, sed sufficit consensus Rectoris seu beneficiati, causa iusta, & assensus Apostolicus. Abb. in c. petuit, nu. 14. de loca. Fran. in c. 1. de reb. eccle. alien. in 6. Rebuff. nu. 88. & 90. Dec. & Paris. in præall. conf. Rolan. conf. 15. vol. 1. Molina de contract. disput. 468. num. 13.

Inde elicitur conclusio illa Doctorum quod licentia obtenta a Summo Pontifice alienandi res ecclesiæ operatur, vt non requirantur alia solennitates. Cuius peret ar
sen-

n alienatione
Papa auctoritas
cum declaratione.

sententia ratio est, quia Papa dicitur esse dominus & dispensator bonorum ecclesiae, & ob id ad libitum potest de eis disponere. Menoch. in addit. nouissime impressis ad lib. 2. de arbitr. iud. casu 172. num. 37. in fine. Quam conclusionem intellige primo, quando Papa auctoritas legitime, & valide interponitur, ac secus si fuerit surreptitia, & consequenter nulla, vt declarat Decius in conf. 142. sub nu. 5. & Ruin. conf. 157. nu. 4. & 11. esset enim talis, quando aliquid narratum non fuisset, quod si Papa soluisset, verisimiliter licentiam non concessisset, vel ad concedendum difficilior redditus fuisset, Menoch. in praef. tract. cent. 3. casu. 201. num. 24. Rota diuers. in proprijs terminis. decis. 65. nu. 2. & 3. vol. 2. egregie & ad rem explicat ampliando, vt ibi per eum de Anna. in praef. conf. 38. nu. 43. & infra. Secundo intellige quando d. auctoritas simpliciter, & absolute obtinetur, & constet confirmationem factam fuisse de certa eius scientia, scilicet, quod Papa habuerit notitiam tenoris rei confirmatae. ita Ioann. Bapt. Ferret. in conf. 249. num. 11. vol. 2. secus vero in eius mandato dato ad confirmandum, cum clausula quatenus per diligentem informationem, &c. conditionaliter rescribendo si ita est, referendo se ad supplicata. Anton. Maria de Canibus in quodam consilio edito post decis. 46. Borgn. Cauale. par. 1. num. 399. Tertio intellige, quod & si Papa auctoritas interueniens solennitates suppleat, non tamen supplet defectum cause Redoan. in suo tract. de reb. eccl. non alien. quaest. 22. num. 75. Rota diuers. decis. 178. num. 2. volum. 2. Quarto intellige vt procedat conclusio, scilicet, vt valeat alienatio sine solennitatibus facta etiam per Papae Commissarium, seruata tamen forma suae commissionis, cuius est executor, vt innuunt Doctores allegati in d. num. 7. quibus adde Ferret. in consil. 248. num. 2. volum. 2. Menoch. vbi supra numero. 39. & Amad. a Ponte in commentar. ad tit. qui feud. date pos. sub num. 149.

8 Illa Breuia Apostolica, quae passim expediuntur in forma, si in euidenti, vt plurimum loquuntur de assensu praestando per Commissarios alienationi faciendae, & tunc assensus debet precedere contractum. Abb. in c. vt super. nu. 17. de reb. eccl. alien. in c. fin. nu. 7. de eccl. aedific. ac in c. cum vos, sub num. 5. de his qua fiunt sine consensu. Capit. quia quando aliquid est de forma in actu, semper illa forma debet precedere. Abb. in c. nulli, nu. 7. de reb. eccl. alien. Rebuff. in d. compen. alien. nu. 15. & sub nu. 52. Afflic. decis. 355. Camera. in c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 54. Fel. in c. ne cur tuis, nu. 8. de timo. Ias. in l. licet, versiculo. Quinto limbo C. de procura. Hodie in curia Archiepiscopali Neap. practicitur fieri de nouo contractum alienationis cum inserto tenore Decreti Commissariorum.

9 Caueant contrahentes praesumere tradere possessionem (etiam si dixerint, saluo assensu) ante impetrationem, nam incurrerent in poenas huius extrauag. cum sit protestatio contraria facto, Nau. in conf. 1. de reb. eccl. alien. in nouis, faciunt dicta per Dec. consil. 160. Iul. Clar. in §. feudum. q. 31. & in §. emphiteusis q. 13. Gram. decis. 49. Vinc. de Franch. decisio. 267. post Abb. in cap. 2. de feud. dat. q. 1. fin. nu. 141. C. de iur. emph. Fel. in c. quae in ecclesiarum, sub nu. 84. de const. Cur. de feud. par. 4. q. 28. nu. 112. Capye. in inue. in verbo, feudorū alienationes, amplia. 17. & limita. 12. Frez. de subfeud. lib. 2. auct. 1. sub. nu. 24. b Sed bona fides excusat, quia dicitur in hac extrauag. Praesumentes, Nauar. in d. commenta. alien. 1er. eccl. nu. 16. lex posita contra praesumentes aliquid facere, non comprehendit eum qui absque dolo vel contemptu, bona fide vel simplicitate facit, Card. Zab. in cle. 1. nu. 22. de priuileg. Nauar. in c. accepta. oppo. 8. de restitu. spoliato. &

in manuali confess. c. 27. no. 74. sunt etiam alia causa, quae excusant a poenis huius Paulinae, quas dicam infra limit. 21.

- 10 Cautius agendo consului, ut Beneficiarius, qui terram sui beneficii volebat concedere in emph. yeusim, illam locaret per triennium, & eo elapso in emph. yeusim concederet cum pactis emph. yeusim in forma, salvo tamen & reservato assensu Apostolico infra dictum triennium impetrando, ita quod eo elapso non sit translata possessio, nec utile Dominium, nisi impetrato & exequuto assensu Apostolico, & non aliter nec alio modo, alias eo non obtento, habeatur pro non facta dicta concessio, nisi locatio pro dicto triennio tantum. Sint cauti Contrahentes ut in Breui Apostolico fiat mentio de alienatione in facta per traditionem possessionis, si fuerit tradita, quia tunc assensus praestandus traheretur ad praeterita. Ita procedit quod dicunt. Doctores ¶ sufficere assensum subsequi alienationem Rebuff. in d. compen. alien. versiculo, non us casus, Redoa. q. 42. sub nume. 16. Vinc. de Franch. dec. 163. licet sit disputabilis articulus, an requiratur nonus contractus Capy. in inuest. verbo Defectus fol. 82. Jacobi. inuesti. in verbo, & cum pacto de non alienando. nu. 19. Ad maiorem cautelam consulerem celebrari contractum de nouo, si in assensu non fit mentio, de alienatione iam facta, & valebit ut nunc tempore assensus Rebuff. in d. compen. alie. nu. 93. & 95. tum quia assensus debet praecedere contractum cum in hac Paulina dicatur Inconsulto Summo Pontifice, quae verba denotant actum nullum, nisi praecedat assensus. Abb. in d. c. vi super, de reb. eccl. alienan. Fundatur talis assensus super euidenti utilitate, 12 ¶ quae consideratur tempore alienationis. Paris. conf. 24 lib. 4. Rebuff. sub nu. 73. Redoa. q. 20 nu. 141.

Euidens utilitas dicitur, quando nullum dubium est, quin alienatio sit magis profutura ecclesiae, sine exceptione. 12. q. 2. vbi Rebu. nu. 97. & 98. c. tua nuper, de his quae sunt a prel. si. conf. c. Red. d. q. 20. sub nu. 81.

Ad plenioram intelligentiam adde Rebuff. conf. 111. num. 8. & conf. 112. nu. 13. & scripta per Menoch. in praelleg. addit. ad cas. 172. nu. 22. & infra late & notab. Borgnin. Caualean. decis. 45. nu. 34. & seq. par. 1. Anton. Mar. de Canib. lococit. nu. 121. & infra, ex cuius dictis, num. 160. cum pluribus seq. perbelle colligitur, quae regula sit obseruanda, quoties ex aliorum attestationibus adesset variatio circa verum rei ecclesiae valorem liquidandum, & postremo praeter ceteris diligenter examinat D. de Anna in praef. consil. 38. nu. 5. & infra. Item quando in utilitatem ecclesiae dicenda sint fieri alienationes, tradit Eman. Roderic. tom. 1. quaest. regular. q. 27. art. 8. Id vero, quod in hac materia a Doctoribus respondetur, nempe, quod ut de euidenti ecclesiae utilitate cognosci possit, spectari debeat tempus ipsius alienationis, declarationem recipit in re aliqua ecclesiae, quae distraheretur tempore belli, pestis, & alterius similis calamitatis, ut si propter dictos casus insolitos, & raro contingentes res distrahenda effecta sit deterior, veluti si ager qui alienatur per cessationem culturae sterilis, & infructuosus redditus esset, seu syluosus effectus, vel quia ab eo arbores succisa essent, ut tunc attendatur valor seu aestimatio temporis contractus: si vero nullum passa sit damnium, sed in eodem statu permanferit, tunc aestimari debet secundum iustum, & verum valorem, prout erit in futurum cessante bello, peste, & similibus. Ita sane colligitur ex deductis per Dominos de Rota in decis. 65. diuersi vol. 2. & ex eadem decis. annotat Menoch. loco cit. & adducitur ratio; quia illud tempus tanquam non successivum & perpetuam causam habens, sed momentaneum, & breui duraturum, non attenditur. Caualean. decis. 45. nu. 53. & deci. 46. num. 26. par. 1. Secundo de claratur

claratur ampliando idem procedere, scilicet, ut debeat etiam attendi tempus contractus in dignoscenda læsione ecclesiæ, non autem tempus anterius, uel posterius, Calderin. conf. 5. sub tit. de rer. permut. Ruin. conf. 35. sub nu. 35. lib. 1. Ias. in conf. 54. num. 20. vol. 1. sequitur Rota diuers. decis. 18. nu. 4. vol. 2. quæ ecclesiæ læsio iuxta eandem Rotam in alia decis. 677. par. 3. lib. 3. erit probanda ex communi æstimatione, non vnus tantum ter rula, sed aliorum prædiorum, quæ circumuicina sunt. Tertio declaratur communis conclusio, quæ se habet, scilicet valorem rei inspiciendum esse tempore contractus, ut tamen in attendendo probatio valoris ipsius rei tempore contractus considerati, non restringatur solum ad tempus breue celebrati contractus, sed debet fieri attendendo etiam tempus anterius, & posterius per multos annos. Afflict. decis. 316. num. 6. Rota in præalleg. decis. 65. num. 13. & 20. par. 2. sequendo theoricam Bartoli, & aliorum in leg. prætia rerum, ff. ad leg. Falcid. Sed quid si in emptione alicuius rei ecclesiasticæ concurrant duo inuicem æmuli, quorum alter obtulit iustum pretium, alter vero de inde obtulit satis plus iusto pretio, Quis istorum sit præferendus? Resp. quod cum hic casus contigisset Vincent. Caroc. in suis deci. & proprie in decis. 99. refert aliquos iudices ardentem inclinasse ad fauorem eius, qui plus iusto pretio obtulit tanquam magis utile ecclesiæ, ipse vero ex multis cumulatis circa id, quod ecclesia est cultrix iustitiæ contrarium sensit.

Et licet Decreti interpositio faciat præsumptionem pro utilitate ecclesiæ, Abb. in conf. 41. par. 1. Dec. conf. 341. Redoa. ibid. nu. 75. Mascari. de proba. conclu. 488. Tamen solennitibus adhibitis non obstantibus ecclesia restituitur, si fuerit læsa c. ad nostram, de reb. eccles. alien. vbi. Abb. & in c. 1. de restit. in integ. ac in d. c. tua nuper, Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. sub nu. 2. Dec. conf. 141. Gram. decis. 79. Redoa. q. 78. c. 4.

*Quando
p decre
to non
presuma
tur.*

Declaro primo quod licet in dubio pro decreto Commissariorum præsumatur, secus tamen sit quando non apparet, quod præcesserit causæ cognitio per ipsos adhibita, eoq; magis, vbi in commissionibus Breuis Apostolici adessent clausule conditionales iuxta tenorem, & formam a Caualcano descriptam in decis. 45. sub nu. 77. par. 1. quia tunc de ista diligenti perquisitione, & causæ cognitione non perfunctorie, & per solam ipsorum Commissariorum relationem, sed expresse, clare, ac liquido de ipsarum verificatione apparere debet, quia ita mandat Papa, ut per eundem ibidem nu. 81. concluditur, & in decis. 46. nu. 28. eadem par. 1. quem sequitur Mascari. de probat. conclus. 1317. nu. 37. Anton. Mar. Canis cum alijs ab eo allegatis in præd. conf. num. 281. & 374. cum seq. non enim Commissarij possunt assumere potestatem confirmandi alienationes, nisi purificatis prius conditionibus, & clausulis in Breui Apostolico contentis, quæ sunt suæ potestatis fundamentum. late Ruin. in consil. 68. num. 5. lib. 1. In quo animaduertendum, quod vbi Papa committeret alicui, ut diligenter se informet seruata forma Paulinæ requirentis receptionem testium, & probationum super veritate narratorum, tunc hæc informatio aliunde constare, & probari debet, quam ex assertione Commissarij; Vbi vero Papa simpliciter committeret, ut se informet, & si apparuerit illam cedere in euidentem utilitatem, eam confirmet alias non, derogando Paulinæ, in hoc casu stabitur assertioni Commissarij, & sufficit extrajudicialis informatio, ita in hac materia distinguunt Domini de Rota in decis. 716. diuers. num. 4. vol. 1. in cuius finalibus verbis habetur, quod ideo hodie saluantur similes processus, & in decis. 160. num. 7. & 8. vol. 2. Secundo declaro, vbi de causa non fuisset mature cognitum; seu indagatum, seu per nimiam accelerationem, nimisque prope

re,

re, & festināter ad decreti, interpositionem processum fuisset, nam propter tēporis breuitatē resularet p̄sumptio ipsos Commissarios minus diligenter, nec rite seu recte suum officium fuisse exequutos, circa loci visitationem, & inuestigationem expositorū in supplicatione vt per Octau. Simoncel. in tract. de decretis lib. 3. tit. 7. inspect. 3. nu. 47. Præfatus de Canib. in eod. conf. nu. 162. & 283. alijque cum ulati per Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præf. 75. nu. 35. quo loco agit an & quando decretum in alienationibus bonorum Ecclesie recte, & rite interpositū præsumatur. Tertio declara vt admittatur probatio in contrarium, scilicet, quod non suberit neque necessitas, neque euidentis utilitas, imo defectus cause reddit nullam interpositionem decreti super alienatione. Gemin. conf. 48. num. 9. quia tunc non verificatur conditio sub qua Papa rescripsit, nempe si cedebat in euidentem utilitatem, vel necessitatem ecclesie. Rota diuers. decis. 178. num. 3. vol. 2. & præsertim quando istud contrarium ostenderetur ex actorum inspectione. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 10. limit. 4. & late per Hyp. Rim. in conf. 5. nu. 162. & in fra, volens vero probare contrarium, oneratur grauiori probatione, ita vt requiratur probatio valde elata per testes valde graues. Alex. de Neuo in conf. 30. num. 3.

Sciāt autem Commissarij quod idem Paul. 2. constituit vt in causis alienationum examinandis, quæ a Sede Apostolica in forma si in euidentem utilitatem cedant, committuntur.

Si delegatus conscientia sue prodigus in grauamen vel detrimentum ecclesie, per gratiam, aut timorem vel sordes alienationi consenserit, aut Decretum vel auctoritatem interposuerit inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab exequutione officij per annum nouerit se suspensum; ad æstimationem detrimenti ecclesie illati, nihilominus condemnandus, sciturus quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se Diuinis, Irregularitatis laqueo se inuoluet, a quo non nisi per Rom. Pont. poterit liberari: is vero, qui dolo, uel fraude uel scienter in detrimentum ecclesie alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, aut impressionem alienationis Decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrat, a qua nisi per Rom. Pont. poterit absolui, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus de præmissis constiterit, condemnandus. Vt patet ex Constitutione d. Paul. de Anno 1465. incip. Cum in omnibus, fol. 88. in Bullario. c

Vltra prædictas solennitates aderat ante hanc Paulinam in hoc Regno Neapolitano Constitutio Gerardina constituens quod si alienationes bonorum ecclesiarum inferiorum, quæ fiunt cum Decreto Prælati, non aliter valeant nisi præcedentibus subhastationibus, & hoc per Constitutionem Gerardi Cardinalis Episcopi Sabinensis, de qua meminit Afflict. in Constit. Instrumentorum robur, sub num. 19. & Gram. decis. 79. tamen non vidi seruari, sed passim concessiones fieri absque subhastationibus. Pro tutiori consului has subhastationes esse præmittendas ante stipulationē instrumenti concessionis pro maiori securitate beneficiati, concessionarij, & commissariorum. Ideoq; episcopi statuere deberēt, quod nullus beneficiatus, siue collegiata ecclesia, etiam Monasterium Monialium ciuitatis, & diocesis sue iurisdictionis, præsumat stipulari instrumentum alienationis bonorum ecclesiasticorum absque subhastationibus de eius licentia faciendis, & factis si res est modica iuxta dispositionem c. terrulas. 12. q. 2. tribus requisitis concurrentibus sufficit consensus episcopi vt dixi infra num. 41. si vero requiritur assensus Apostolicus tunc præuijs subhastationibus existente euidenti utili-

B tate

tate potest stipulari instrumentum cum clausula salute assensu Apostolico impetrando infra certum tempus & quod interim non transferatur dominium, neque possessio nisi obiecto, & exequuto assensu Apostolico ita ut res sit penes ecclesiam ante executionem assensus Apostolici, ut dixi supra num. 10. & si res alienanda erit Capituli seu collegiatę etiam monasterij monialium, deberet episcopus facere statutum quod consensus maioris partis sit per vota secreta duarum partium ex tribus, & hoc potest facere ipse nec collegium prout habetur in statutis venerabilis Archiconfraternitatis Confraternitatis Romę c. 12. fol. 28. ibidem impressis, & approbatis & de statuto episcopi quod in alienatione requiratur eius licentia vide Henri. Boc. in tract. de synodo episcopi & statutis synoda. par. 3. arti. 1. nu. 171.

Obiecto rescripto Apostolico, & presentato si antea non fuerint facta subhastationes, praesertim si adest suspensio collusionis inter beneficiarium, & concessionarium, vel est dubium an concessio cedat in eundem vtilitate consulere ut Commissarij Apostolici extrajudicialiter copiam illius rescripti consignent episcopo loci ordinario (etiam si eius Vicarius fuerit unus ex commissarijs) ad quem spectat tueri iura suarum ecclesiarum, ut si quid ei pro facti instructione videbitur ipsis commissarijs significet.

Secundo expedite poterunt monitiones per edictum cum inserto tenore rescripti in genere monendo omnes, & quoslibet volentes dicere de subreptione & obreptione, per affixionem ad valvas cathedralis, parochialis, beneficialis ecclesiae, & in loco rei sitae alienandae.

Tertio debent citari nominatim ad dicendum aduersus rescriptum cum inserto eius tenore, beneficiarius, concessionarius, patroni si beneficium seu ecclesia est de iure patronatus ad quos spectat tueri iura & bona ecclesiae patronata: consensus autem eorum an sit de necessitate dixi supra num. 4. imo quodam Breui Apostolico vidi clausulam accedente consensu patronorum, & in alio Breui assensus alienationis praebendę annexę canonicatui, vidi clausulam vocatis dilectis filijs canonicis capituli. N.

Quarto post decretum declarationis se esse Iudices competetes debent Commissarij eligere expertos agrimensores, & appretiatores non suspectos, & una cum eis, & partibus interesse praecedentibus accedere super faciem loci alienandi, & illum mensurari facere cum appositione terminorum & relatione confiniorum, & relatione qualitatis arborum, & quantitatis, seu membrorum domus & quanti valent in proprietate, ut possint ipsi Commissarij considerare an concessio sit in eundem vtilitatem, & ut quando res erit reuersura ad ecclesiam sciri possit, an sit meliorata, deteriorata, vel occupata a confinibus, & omnia in scriptis redigere cum iuramento Agrimensorum appretiatorum, vocatis etiam dominis bonorum confiniorum pro eorum interesse.

Quinto hoc adimpleto possunt capere informationem & examinare testes ex officio, vel ad instantiam partis coram eis, & facere interrogatoria opportuna.

Sexto compilatis actis & monitis partibus ad dicendum super expeditione causae, ipsiisque auditis declarare debent an concessio cedat in eundem vtilitatem, ita vel ne, & si viderint exposita in rescripto esse vera, tunc procedant ad prolationem decreti huiusmodi, aliquibus additis vel detractis iuxta qualitatem facti.

In Dei nomine Amen.

Nos, N. N. Commissarij Apostolici viso rescripto nobis directo, & presentato tenore

tenoris sequentis (inferatur de verbo ad uerbum) & volentes Apostolicis obedire mandatis, & iuris monitionibus, & citationibus opportunis, & declaratione nos esse iudices competentes, visoque loco coram nobis mensurato, & appretiato ut patet ex relationibus tenoris sequentis (inferantur) scriptaque diligenti informatione, & monitis auditisque partibus ad dicendum super expeditione causa, & ad audientiam praesens decretum pro tali die. N. consideratis considerandis dicimus decernimus, & pronunciamus concessionem iuxta formam dicti rescripti cedere in evidentem utilitatem dictae ecclesiae, & proinde assensum auctoritate Apostolica prestamus, ita tamen quod de nouo inter ambas partes stipuletur instrumentum cum inserto tenore praedicti rescripti Apostolici & praesentis decreti cum omnibus pactis emphyteoticis in forma apponi solitis, adiecto etiam pacto, quod in qualibet generatione renouari debeat instrumentum cum beneficiatu de facie ad faciem, & infra mensem dictus concessionarius assignate habeat instrumentum reassumptum in charta de pergamento cum subscriptione Notarij, iudicis, & testium saltem trium, Beneficiato praedicto qui infra eundem terminum exhibere habeat copiam authenticam, & consignare Archiuario Curiae episcopalis. N. ut in eius Archiuo pro futura cautela ecclesiae conseruari possit, & ita dicimus, decernimus, & pronunciamus isto, & omni alio meliori modo.

Quid si ante sententiam aliquis comparuerit offerendo plus, vide supra subnu. 12. Et an successor possit reuocare Borg. Caualean. decis. 37. par. 2.

- a** ADDITIO VI. D. PROSPERI DE AVGVSTINO. Congruit etiam Rub. quae est sub uerbis negatiuis de reb. eccl. non alienan. & a rubro infertur ad nigrum & rub. saepe facit regulam iuris communis, nam quando est negatiua omnes casus generaliter prohibentur nisi contrarium probetur expressim, ita, & e contra quando est affirmatiua, Hostien. in Sum. in tit. de testi. in decretali uero Rub. est ambigua de reb. eccl. alien. uel non. b. Nisi fiat protestatio reseruando assensum directi domini etiam in actu traditionis. Minado. decis. 24.
- c** Commissiones huiusmodi fiunt a Sum. Pont. ordinario loci, & alteri persona in dignitate ecclesiastica constituta, coniunctim, & si de ipsius ordinarij interesse, & prauidicio agitur, tunc loco ipsius committuntur Metropolitano, & si res ad ipsum Metropolitanum pertineat, ordinario uiciniori Concedebantur antea istae commissiones etiam per sacram Penitentiarium Romanam cuius facultates Pius 4. restrictit die 15. Maij 1562. incip. In sublimi fol. 744. & deinde Pius 5. in totum has facultates in futurum reuocauit, Kal. Maij 1569. incip. Tempus & necessitas fol. 1047. in Bullario ita ut nec quicquam etiam inceptum habeant expedire.

- 15 Inter ecclesias permutantes ad inuicem etiam requiritur sollemnitas.
- 16 Contractus per quos transfertur dominium utile qui nam sint, & in dubio quis contractus praesumatur.
- 17 Hypotheca generalis bonorum ecclesiae etiam prohibetur.
- 18 Quando res ecclesiae potest locari ultra triennium.
- 19 Successor in beneficio an teneatur stare contractui.
- 20 Quando transactio & compromissum possit fieri absque sollemnitatibus.
- 21 Seruitutis impositio requirit sollemnitates.
- 22 Cessio iurium, actionum, litis, & causa alienatio est.
- 23 An in acquirendis possit fieri remissio absque sollemnitatibus.
- 24 Inter mobilia pretiosa quanam connumerentur.

2^o ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

- 25 Pecunia ecclesia quando prohibetur alienari.
 26 Iura actiones, & nomina debitorum computantur inter immobilia.
 27 Mobilia ecclesia qua & quando possint pignori.
 28 Quorum locorum piorum bona non possunt alienari, & quanam sint loca pia.
 29 Locus ecclesia seu pij loci etiam diruti non potest alienari.
 30 Quando consuetudo possit remittere solemnitates.
 31 Solemnitas in alienatione rei ecclesia incorporata requiritur etiam si a donante fuerit remissa.
 32 Relicta ecclesia incapaci possunt alienari non obstante quavis dispositione in contrarium.
 33 Incisio arborum an dicatur alienatio.
 34 Quando contractus est utilis ecclesia an requirantur solemnitates.
 35 Unio ecclesiarum dicitur alienatio.
 36 Quando res est obligata creditoribus, & peruenit ad ecclesiam an possit alienari absque solemnitate.
 37 Quanam debeant concurrere in alienatione rei sterilis.

Hanc Regulam sic firmatam, & declaratam quod in alienatione rei ecclesiastica requirantur copulatiue causa, & solemnitas, Amplia & limita.

Primo amplia procedere in omni contractu, per quem transfertur dominium directum, & utile etiam in permutatione. c. nulli, de reb. eccles. alien. c. 2. vbi Abb. 15 de re. permu. c. sine exceptione. 12. q. 2. vbi Rebus. nu. 66. tenet procedere & etiam quando ecclesia inuicem permuat. Redoa. q. 2. cap. 20. & q. 12. nu. 28. permutatio enim alienatio est. Ias. in l. fin. nu. 101. C. de iur. emphyt. Redoa. q. 2. c. 4. ita vidi practicari, & expedire Bregia Apostolica etiam inter ecclesias permuantes, si in euidentem utilitatem vtriusque partis cesserint, quamuis ante hanc extranagantem sufficiebat consensus Episcopi in ecclesijs sibi subiectis. c. 1. & c. vt super. §. fin. de reb. eccles. alien. iste est vnus de catibus a iure permissis nempe Permutatio, requirens solemnitates, etiam si fiat permutatio cum Principe secundum Inno. & Abb. in c. 1. de rer. permuata.

Secundo, amplia in omni contractu, vbi transfertur Dominium utile retento directo, probatur in hac extrauag. & in loc. præalleg. Rebuff. in d. compen. numero 3. & 6. Redoa. quaest. 2. capit. 24. cum seq. Et sunt sex vt superficialis, locatio ad longum tempus, emphyteoticus, libellarius, feudalis, & precariz in genere femineo, Declarant Aluarot. in proem. feud. Redoa. loc. præalleg. & Bened. Canophi. in repet. huius extrauag. sub num. 10. vsque 34. & in dubio præsumitur emphyteoticus potius quam censualis. Iul. Clar. in §. emphyteusis. quaest. 1. num. 3. Mascari. de probatio. conclus. 281. post Affl. decisio. 129. sub num. 4.

Et quia valde interest, an iudicetur census, vel emphyteusis, adde quod magis recepta opinio est in contrarium, de qua attestatur Menoch. Doctores in hoc conuenientes, longa serie recensendo, in tract. de præsumpt. lib. 3. præf. 106. num. 3. quam opinionem vltra allegatos per eum sectatur Crescent. decis. 1. sub titul. de censibus, in eam etiam descendit Nauar. tam quo ad forum interius, quam exterius in commentar. de vsur. num. 109. eamque amplectitur Molina de contract. disput. 38. num. 6. nec caret ratione de qua ibi per eos, & vendicat sibi locum etiam si ageretur de re ecclesie, Corbulus in trac. de iure emphy. ti. de causa priuat.

ob non solum canonē, limi. 34. nu. 3. Couar. lib. 2. var. resol. c. 7. sub num. 1. Molina loco cit. declaratur non procedere, quando in ipsa regione magis frequens esset usus concedendi in emphyteusim, Iaf. in l. 2. nu. 165. C. de iure emphy. Aluar. Vallasc. in tract. de iure emphyt. quest. 32. nu. 35. Mascard. de probat. conclus. 281. nu. 7. Et vt clare discerni possit, an sit iudicandus contractus censualis vel emphyteuticus, quatuor casus distinguendo prosequitur Borgn. Caualean. decis. 30. nu. 103. & infra par. 2. vide per eum.

Tertio, amplia in hypothecatione, seu obligatione vt expresse in hac extrauag. dicitur, & in c. nulli, de reb. eccl. alie. vbi Abb. & in c. 2. num. 3. de preca. in c. 1. nu. 4. de pignor. Couar. lib. 2. variar. resol. c. 16. num. 7. Redoa. q. 2. c. 6. & q. 51. c. 29. Ludou. Molina in tract. disputa. 466. nu. 2. Redoa. q. 2. c. 6. & q. 51. cap. 29. qui dicunt procedere in hypotheca tantum speciali, non in generali, quia in d. c. nulli. dicitur neque specialis hypotheca titulo obligare, sed attenda dispositione
17 huius extrauag. etiam generalis hypotheca est prohibita, quia simpliciter loquitur de hypotheca, facit l. vlt. C. de reb. alien. non alien. vbi prohibita alienatione simpliciter videtur prohibitus omnis actus; per quem alteri quaritur ius aliquid in re, & probatur in hac extrauag. vt per Nauar. in d. comment. de alie. rer. eccl. sub num. 1. amplia etiam in submissione. capitul. 2. de reb. eccl. alien. in 6.

Quarto, amplia in locatione, & conductione vltra triennium, nam per hanc extrauag. prohibetur locatio non solum ad longum tempus, quod est ad decem annos iuxta glos. singul. in clemen. 1. de rebus eccl. alienan. sed etiam ad minus
18 tempus vltra triennium: intelligitur tamen ista extrauag. de rebus eccl. que quota huius colitur, & ex eis fructus quolibet anno colliguntur, alioquin si res eccl. eius sint conditionis, vt ex eis quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterit in nouem annos locari, quia primum triennium æquiualeat vnico anno, ita secundum & tertium, & si alternatim fructificant, poterunt per sex annos locari. Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 6. Nauar. in comment. de alien. rer. eccl. nu. 21. Qui ampliat etiam in emphyteuta rei, quæ non fructificat nisi tertio quoque anno, vt non deuoluatur eccl. si non soluerit per quinquennium, neque per octo annos si non soluerit laico, iuxta terminos e. potuit, de loca. & l. 2. C. de iur. emphyt. Idem Couar. loc. cita. num. 4. Concludit non posse fieri locationem ad sex, vel nouem annos cum hac clausula, vt tot sint locationes, quot triennia, & vt finito primo triennio, tunc facta sit noua locatio, quia est in fraudem huius Constitutionis, sed valida erit in tempore permissio primi triennij. Molina de iussi. & iur. disput. 467. Erit tamen in totum nulla, quando fuit facta simpliciter vltra triennium etiam quo ad casum permissum, vt expresse in hac extrauag. dicitur, Couar. ibid. sub nu. 5. Redo. q. 58. Afflic. decis. 107. Molina de con. tract. disputa. 466. & 467.

Hunc articulum An scilicet alienatio per concessionem in emphyteusim rerum eccl. vltra tempus permissum facta, in aliquo teneat, late tractat Ioan. Guier. lib. 2. canon. quest. c. 13. Et quid in locatione rei eccl. vltra triennium an in totum rescindatur, ut vitietur, an saltem sustineatur, & ualeat per infra triennium, vide Doctores citatos per Annan, in singul. 527. & disputat ad utramque partem Lap. allegat. 80. magis tamen communis opinio est, ut ualeat, & restringatur quo ad triennium permissum, de qua testatur Vincent. Ca. roc. in tract. loc. & cond. par. 3. conclus. 9. ampliat. 4. quamuis superius conclus. 6. num. 20. & seq. contrarium asseueret. Verum ut perpédi utaq; opinio

Quando locatio rei eccl. vltra triennium in totum vitietur.

18 ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

est sustentabilis, & priorem sequendo declara, vt per eundem Caroc. in præd. con-
clus. 9. nu. 97. nisi ex probabilibus coniecturis appareat non minori tempore rem
illam per locatorem, vel conductorem locaturam, vel conducturam fuisse, aut sic
conuentum, vt vnica tantum pensio solvatur pro toto tempore, quo casu in to-
tum locatio vitatur, & tradit etiam Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1.
num. 12.

Secundo. Declaratur ista extrauag. non procedere in locatione vltra triennium
rerum exigui valoris, per can. terrulas 12. q. 2. vt non requiratur solennitas supra
dicta regule.

Tertio. Declaratur dispositio huius extrauag. procedere, quando constituitur ius
in re vltra triennium, vt si concedatur vsusfructus rei ecclesiasticæ durante vita
beneficiati; quæ concessio species est alienationis, quia vsusfructus constitutio
alienatio est Rebuff. in d. compen. sub num. 4. Secus autem quando quis obligat
se actione personali ad dādā commoditatem, & vtilitatem percipiendi fru-
ctus vita sua durante, vel tanto tempore vltra triennium, quia tunc non transfer-
tur aliquod ius in re, sed tenetur duntaxat exhibere conductori commoditatem
percipiendi fructus, & hæc est cautela vt valeat talis contractus vltra triennium
Rebuff. in d. compen. nu. 26. versi. 6. & Molina d. disp. 366. nu. 5.

Quarto. Declaratur, vt non possint duo beneficiarij in eadem ecclesia alter al-
teri locare vita durāte portionem obventionum & fructuum suorū, quia species
est alienationis. Nau. in conf. 10. in nouis, de reb. eccle. non alie.

Quinto. Declaratur non procedere quando adesset consuetudo locandi vltra
triennium, quia valet Paris. conf. 98. lib. 4.

19 Animaduertendum est, quod ꝑ locationi factæ infra triennium successor
in beneficio non tenetur stare. Abb. in c. fin. ne prælat. vic. suas cum distinctio-
ne vt ibi per eum. Etiam si sit facta representata pecunia absque assensu Aposto-
lico, qui non conceditur ex Concil. Triden. sess. 25. capit. 11. magnam. Redoa.
quæst. 57.

Et quando a Summo Pontifice confirmantur locationes vltra triennium, ap-
ponitur clausula, dummodo locatio huiusmodi iusto pretio, & citra anticipatā
solutionem facta fuerit; & quod finito nouennio omnia, & singula bona sub
locatione huiusmodi cōprehensa cū iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, nec
nō quibusuis melioramentis de super pro tempore quomodolibet factis, ad eccle-
siā pleno iure, & omnino reuertantur, illique libere cedāt, absque eo quod ipse cō-
ductor, eiusque filij hæredes & successores cōsanguinei vel affines, aut alij quicū-
que ius renouationis dictæ locationis quouis p̄textu, & ex quacūque causa petere
vel p̄tendere possint. Igitur vt locationi teneatur stare successor, requirit assensus
Apostolicus, & si adest & fuerit facta solutio anticipata p̄decessori, ꝑ successori
non nocet, nisi in assensu fuerit facta expressa mentio, vt possit fieri anticipata
solutio.

Amplia idem iuris esse, ubi rector ecclesiæ, qui locauit, beneficio renūciauerit
ante finitam locationem, ut eius successor non teneatur stare locationi, ex com-
muni opinione Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 17. sub nu. 6. & ita in Rota resolu-
tum fuisse refert Paris. lib. 1. de resignat. benef. quæst. 16. num. 47. Secundo am-
plia, quod sicut successor in beneficio non cogitur stare locationi factæ per Re-
ctorem iam mortuum, pariter non cogitur conductor persenerare in d. condu-
ctione, si noluerit, ut seruetur equalitas. Caroc. cum alijs ab eo adductis in d. par.
3. conclus. 30. num. 78. Limita in Prælato administrationem habente, qui non
nomine

nomine proprio, sed nomine ecclesiae debita iuris solennitate seruata, contraxisset. Soc. regula 388. dummodo contractus tendat in commodum, seu utilitatem ecclesiae. Rota decis. 332. incip. si Prælati, in nouis, sub tit. de locat. & cond. post Calder. conf. 279. sub ead. rubr. Vincent. de Franch. decis. 163. nu. 14. & seq. Rota diuers. decis. 805. nu. 4. vol. 1. Borgn. Caualc. decis. 44. nu. 51. par. 1. faciunt dicta per Syluestr. in verbo, locatio, sub quæst. 11. & est communis opinio referente Caroc. in d. par. 3. conclus. 2. in cuius fine inquit, quod si quis locat uti Rector dicitur facere nomine ecclesiae, quam limitationem intellige, ut procedat, dummodo locatio sit facta ad tempus a iure permissum ipsiusque rei locatae reditus ad ecclesiam, & non ad Prælatum pertineant, ita eruditissimus, & summo iudicio præditus Didac. Couar. loco prox. cit. & iuxta ipsius mentem prædictis concurrentibus haberet locum præsens limitatio etiam si contractus ecclesiae inutilis esset, licet ob ipsius lesionem possit in integrum restitutio peti. An autem successor Prælati, vel alterius beneficiati teneatur stare locationi prædecessoris proprio nomine, & in sui utilitatem facta, late tradit Ioann. Gutier. lib. 1. can. quæstio. capitul. 36. & an successor singularis ecclesiae teneatur stare colono, vel inquilino, remittimus lectorem ad Hierony. Grat. consil. 96. num. 23. Petr. Duen. reg. 240. num. 9. Aluar. Valasc. decis. 40. Lusitan. tom. 1. & Gutier. lib. 2. can. quæstio. cap. 8. num. 66. & seqq. Inter alios enim casus in quibus successor in beneficio teneatur stare colono, quos prosequitur Caroc. in præd. tractat. par. 3. conclus. 17. quatuor seqq. enumerantur videlicet. Quando S. Pontifex licentiam concederet locandi ad tot annos, & ut d. tempore durante Conductor a nemine, nec a successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de signat. grat. titul. Indultum locandi. vers. Supponamus igitur &c. Item quando inchoatus esset ann. 3. vel laborerium, & res non esset amplius integra, & sic ut pro anno incepto successor in beneficio teneatur stare colono, Franch. Marc. decision. D. Iphin. 196. col. fin. part. 2. Borgin. Caualc. d. decis. 44. num. 32 qui Doctores hanc opinionem tanquam æquissimam, & in conscientia fundatam valde commendatur, & faciunt dicta per Octau. Cacheran. decis. Pedemon. 182. sub num. 10. & hic casus extenditur etiam ad ipsam conductorem, scilicet, ut pro anno incepto non possit recedere a locatione, ut quia forte videret parum utilitatis esse consequuturum. Franc. Marc. decision. 102. in fine parte 1. Caualc. ibidem num. 24. Item ut successor in beneficio teneatur stare colono, si consuetudo loci ita obseruet, quæ in hoc attendenda est, Franc. Marc. decis. 144. part. 1. Caroc. loco cita. conclus. 14. per quem etiam in conclus. 20. num. 75. declaratur dispositio Sacri Concilij Tridenti. Sess. 25. de refor. cap. 11. ut locatio anticipatis solutionibus, licet non præiudicet successoribus, afficiat tamen locatorem, quare si beneficium vacaret per resignationem, tenetur locator refundere id, quod accepit, si vacaret per mortem tenebitur hæres, ne locupletetur cum aliena iactura, & sic solum datur actio ad repetendum contra recipientem, & eius hæredem. Caualc. loco præcit. num. 9. sed an successor in beneficio recipiens canonem censetur contractum prædecessoris ratum habere, vide Gutier. lib. 1. cano. quas. cap. 36. vbi etiam habetur quando hæres prædecessoris resoluta locatione teneatur ad interesse locatori.

20 Quinto, amplia etiam in transactione, & in compromisso Rebuff. in d. compen. num. 2. & 66. Redoa. quæst. 2. cap. 1. & cap. 36. & quæst. 51. cap. 17. Feder. de Sen. optime conf. 94. casus talis est, Barbat. in rub. de reb. eccles. non alien. col. 4. Quod intellige de rebus ecclesiarum incorporatis. Franc. in c. 1. in fin. de reb. eccles. non alien. in 6. late per Rolan. consil. 15. volum. 1. Dicam in limit. 12. prohibi-

*Casus
in quibus
successor
in bene-
ficio te-
netur
stare co-
lono.*

24 ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

bita alienatione censetur prohibita transactio, per quam transfertur possessio in alium. Crauet. consil. 197. num. 7. Et transactio non potest fieri super decimis futuris, sed de prateritis sic. Abb. in cap. vi super, num. 6. de reb. eccles. alien.

Hinc est, quod cum transactio sit quodammodo alienatio, ipsa super re immobili ecclesiae facta, seu cessio iuris, litis, & causa, quando actio ad rem immobilem ecclesiae competebat, sit inualida, nisi interuenisset debita solennitas. Panor. in cap. i. sub num. 8. de deposito, Caputa q. decisio. 106. par. 1. Hinc etiam fit, quod cum compromissum sit species alienationis, ut per Paris. consil. 134. num. 1. lib. 4. & Caualecan. cum alijs ab eo relatis decis. 45. num. 34. part. 1. Compromissum factum per beneficiatos absque consensu Episcopi & Pape, & laudum illius vigore subsequutum, non praerudicat Episcopo, & beneficiatis successoribus prout resolutum fuit per Rot. Rom. teste eodem Caputaque decis. 165. part. 1.

21 Sexto, amplia fit in impositione seruitutis, l. fin. C. de reb. alien. non alien. Rebuff. in d. compen. num. 4. & 6. in fin. Redoa. quaest. 2. c. 16. & cap. 44. & quaest. 14. num. 22. quia computatur inter immobilia Abb. in cap. nulli, num. 10. de reb. ecclesiae alien.

22 Septimo amplia fit ut non possit fieri cessio iurium, actionum, litis & causa, quia est species alienationis, Abb. in c. 1. num. 8. de depo. in c. cum pridem. num. 4. de pact. & in d. c. nulli, num. 9. de reb. eccles. alien. Armilla in verbo Alienatio, nu. 16. facit l. bonorum, la prima ff. de verb. & rer. signif. & dicam infra ampliat. 10. 12. & 13.

23 Octauo amplia non solum in acquisitis fit sed etiam in acquirendis, quae transeunt in ecclesiam ipso iure, iuxta l. fin. C. de sacros. eccles. ut non possint a solo prelato absque solennitate remitti. Anchar. in c. vi supra, de rebus ecclesiae alien. & in c. r. co. tit. in 6. Alex. in l. legatum, ff. de leg. 1. Lamber. de iur. patron. lib. 3. art. quaestio. 2. prin. Ripa in l. si vnquam, quaestio. 11. C. de reuoca. donat. Molina de iusti. & iur. disput. 465. Contrarium tenent Federic. de Senis consil. 9. Lapus alleg. 35. Abb. in cap. tua, num. 9. de his quae fiunt a prelato sine consensu. Capitu. in c. 1. num. 21. de dolo & conu. in cap. potuit, num. 15. de loca. & in c. quoniam, de decim. Gemin. & Franch. in cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. Soc. in reg. 110. num. 6. & in d. l. legatum, de leg. 1. Afflict. in cap. vnico §. & iterum, num. 6. de ca. Corrad. Rebuff. in d. compen. alien. sub num. 30. Sil. in ver. Alienatio, num. 18. & Armilla num. 17. Et hanc esse magis communem opinionem dicunt Iaf. & Ripa in d. l. legatum, Fel. in cap. in praesentia, sub num. 57. vet. 10. de probat. Rola. conf. 15. num. 23. Vinc. de Franc. decisio. sub num. 16.

Sed verior, & tutior est prima opinio, quam dicit Alex. in d. l. legatum, esse magis communem, eamque tenuit Molina de contract. disput. 468. num. 11. ac Praeceptor meus Doctor Marius Andria vita & doctrina celeberrimus in relectione huius extrauag. Non tamen repudiando, vel remittendo incurrit in poenas huius Paulinae, ut dicam infra in limit. 9.

Nono, ampliatur regula procedere etiam in pretiosis mobilibus, nam aequiparantur immobilibus per hanc Paulinam, & pari passu ambulant in hac materia, l. sancimus C. de sacros. eccles. l. lex quae tutores. C. de admi. tuto. Abb. in cap. nulli, de reb. eccles. & sine causa & solennitate alienari, transigi aut amicabilem compositionem fieri non potest. Redoa. quaestio. 8. inter quas fit etiam connumerat thesaurum, & decimas, & ideo res mobilis pretiosa ecclesiae non vsucapitur triennio. Nonne vero bonorum mobilium pretiosorum, quae seruando seruari possunt, intelliguntur vasa aurea, argentea, vestes pretiosae, quae lon-

ge ab interitu distant, & commodè seruari possunt, gemmæ & his similia: Grex etiam ouium aut caprarum, de cuius fructibus emolumenta, ac redditus percipere consuevit monasterium aut ecclesia, licet possit vendere arietes, agnos, hircos, & hædos; non tamen licet alienare totum gregem, nisi concurrentibus causis, & seruata forma Ludouic. Molina de contract. disput. 465. num. 4. dicam in amplia. seqq.

Decimo, Amplia in bonis, quæ seruando seruari possunt, vt sine causis, & solennitatibus alienari non possint, Abb. in capitul. tua. numero 7. de his quæ sunt a prælat. in c. nulli, sub num. 8. de reb. eccles. alienat. Nauar. in cap. sine exceptio- ne, num. 5. & probatur in hac Paulina. ex quo inferitur, gregem pecudum ser- uando seruari posse §. sed si gregis. Institutio. de rer. diuis. §. De pecunia vero cuius proprietates est Ecclesia, quæ est destinata ad emptionem stabilium, cen- suum, vel mobilium pretiosorum, considerando pecuniam quo ad fructuosam conseruationem, non potest alienari sine solennitate & causa: nam tunc con- numeratur inter immobilia, seu mobilia pretiosa. Alexan. Iaf. & Ripa in l. 1. §. quæsitum ff. ad Trebellian. Tiraq. de vtroque retract. gl. 7. num. 105. Boer. de- cision. 209. Redoa. quæstio. 16. & 6. facit text. in §. constituitur. Institu. de vsufru. vbi senatus censuit pecuniam in fructu esse: sic etiam pecunia, quæ seruatur pro aliqua futura necessitate pro conseruando magis patrimonio, si Caius §. 1. ff. de leg. 3. Iaf. in d. §. quæsitum. num. 38. vel deseruaret pro locatione ad pompam, l. 3. in fin. cum seq. ff. commodati. Regulariter tamen pecunia est de rebus, quæ ser- uari non possunt. gl. in d. §. quæsitum. Quæ percipitur ex redditibus beneficij, & non est de proprietate ecclesiæ, potest alienari sine solennitate, Abb. in d. cap. nulli, vbi Bero. notabiliter distinguit, quem refert Redoa. in d. q. 16. & q. 51. cap. 25. Thesaurus non pertinet ad beneficiatum, sed ad ecclesiam, arg. tex. in l. diuor- d. §. si fundum ff. sol. matr. d.

26 Vndecimo, amplia, vt iura, actiones, nomina debitorum, annui redditus & huiusmodi, non possint alienari sine causa, & solennitate, cum habeantur lo- co rerum immobilium, cle. exiui de paradiso. §. cumque annui redditus, de verb. sign. Abb. in capitul. nulli de reb. eccles. alien. Rebuff. in d. compen. num. 54. vbi declarat rei appellatione quid contineatur, l. rei, l. 1. & l. alienationis ff. de verb. signif.

27 Duodecimo, amplia, etiam in pignore, vt bona mobilia pretiosa, & ea mobi- lia, quæ seruando seruari possunt, non possint pignori sine debita causa & for- ma, quia pignoratio alienatio est, præsertim quando res tanti est obligata, quantum est. Rebuff. in d. compen. nu. 7. nisi in extrema, & vrgenti ecclesiæ necessitate. c. 1. vbi Abb. de pigno. Coua. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 8. Redoa. q. 2. c. 6.

28 Decimo tertio, ampliatur regula procedere etiam in bonis locorum piorum per hanc Paulinam, vt non possint alienari sine causa, & solennitate requisitis in rebus ecclesiarum, Abb. in cap. nulli, in fin. de reb. eccles. alien. Franch. in c. 1. eod. titul. lib. 6. Loca pia dicuntur quæ sunt fundata autoritate episcopi, alias non, est, quod ibi exerceantur opera pietatis, & concernant pium vsu, nam aliud est dicere de loco, & aliud de operibus: Ideoque iura loquentia de pijs locis non comprehendunt Hospitalia, & Confraternitates, Collegia, & congregationes abs- que autoritate episcopi fundatas, & consequenter eorum bona possunt alienari sine solennitate. Franch. in d. capitul. 1. extat de hoc singulare Conf. Paris. 34. vo- lum. 4. vltra Felin. in capitul. de quarta, de præscript. quib. adde Rebuff. in com- pen. alien. rei eccles. num. 56. & 57. Redoa. quæstion. 28. 47. 49. & 51. num. 12.

Afflic.

26 ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

Afflict. de iur. protom. in princ. num. 12. vbi de Stauritis loquitur non fundatis
 auctoritate episcopi, alias secus, vt habetur in additio. Moder. ad Neapoda. de iu
 re congrui in S. ecclesia, fol. 340. dicam infra limi. 5. Et quoniam Cardinal. Paris.
 in d. conf. nihil reliquit intactum, de potestate, quam habent episcopi in visitan-
 do has confraternitates, & laicorum collegia, post Dec. in conf. 72. & 148. eius ta-
 men dictis adde Conc. Triden. sess. 22. c. 8. & 9. de refor. & vide quod antea fue-
 rat dispositum per cap. 1. de censu. in 6. ibi pia loca, & per c. 3. c. tua, & c. Ioannes,
 de testa. clem. quia contingit, de religio. domi. Abb. in c. inter dilectos in fin. de do
 nat. Bald. in c. nulli, sub num. 15. C. de episc. & cler.

Adde Mandos. de signat. Grat. tit. si in euidentem, vers. limitari possunt, & c. &
 Borgn. Cauale. decis. 17. num. 65. par. 2. Et ad sciendum ex quibus signis praesuma-
 tur, & probetur Hospitale esse locum religiosum, & Episcopi auctoritate aedifica-
 tum post Ioan. de Sylua in tract. de benefic. par. 1. quaest. 6. num. 17. late agit Mascard.
 de probat. conclus. 369. & adest egregia Rotae Rom. decisio in decis. 725. di-
 ue. f. par. 1. & si nesciretur, an auctoritate Episcopi fuerit locus ille ad tale usum
 deputatus, in dubio standum esse possessioni & rei, quae prima facie apparet, doc-
 cet Feder. de Senis in conf. 130. sub nu. 2. & vide Anto. Gabriel. lib. 1. cum opinio.
 de causa pia, conclus. 2. per totum & Iosep. Ludouicum decis. 93.

Decimo quarto, amplia procedere non solum in bonis ecclesiae, & pij loci,
 29 † verum etiam in ipsa ecclesia, seu oratorio pij loci auctoritate episcopi fundato
 ad perpetuum ecclesiasticum usum, seu in ipso pio loco, ut non possit alienari, con-
 cedi seu seruitus imponi ex praedictis auth. multo magis. C. de sacros. eccles. cap.
 ad hanc, de religio. domi. facit regula semel, de reg. iur. in 6. Non tamen compre-
 henduntur oratoria in priuatis domibus, de quib. loquitur Abb. in c. inter dile-
 ctos, de donat. quamuis in eis non possit celebrari missa, absque licentia episcopi
 ex Decreto Conc. Triden. sess. 22. c. quanta, quia non sunt ad perpetuum ecclesiasti-
 cum usum, neque comprehenduntur concessionibus cappellatum cum sepulturis,
 quae passim fiunt, quia non dicitur alienatio, sed concessio ad usum destinatum.
 Si tamen ecclesia esset diruta, & non posset reaedificari, vel reparari propter ni-
 miam egestatem, potest tunc episcopus transeire, & ecclesiam ad profanos vsus
 non sordidos, erecta tamen ibi Cruce conuertere ex Decreto eiusdem Concil. Tri-
 den. sess. 21. cap. 7.

Quando autem Ecclesiae, & Oratoria solennitate, & Episcopi auctoritate con-
 structa praesumatur post Mascard. de probat. conclus. 583. habetur per Menoch.
 in tract. de praesump. lib. 6. praes. 75. vbi nu. 9. & infra agit. quae dicantur Oratoria
 publica, & quae priuata, de quibus ante eum scripserunt. Lambertin. de iurepa-
 tron. par. 1. lib. 1. q. 11. art. 12. & Remig. in tract. de immunit. eccles. par. 1. am-
 pliat. 2. Item cui debeantur oblationes, & elemosinae factae huiusmodi Oratorijs
 vide Dec. conf. 148. num. 2. & Caualean. qui alios commemorat. decis. 17. nu. 71.
 par. 2. Et circa id scilicet, An bona Confraternitatum, seu Congregationum Lai-
 corum possint sine solennitate alienari, satis mihi arridet distinctio Menochij, in
 commentar. de recuper. possessione remedio 15. num. 34. & infra, qui doctus pro-
 pter varias interpretum opiniones difficilem huiusmodi dissolutionem esse sen-
 tiens, tandem sic determinat, quod si Oratorium, in quo isti laici omnes vna con-
 ueniunt, eo animo ab eis sit constructum, ac bona ea mente vna simul congesta, vt
 Confraternitati deseruiant, & possit ipsa Confraternitas ad libitum de illis dis-
 ponere & tractare, tunc illa bona seu ieditus tanquam loci profani ad libitum
 distrahi, & alienari possint. sic intelligendo Bald. in Auth. Hoc ius porrectum.
 col. 2.

*Bona
 confraterni-
 tatum lai-
 corum
 an, &
 quando
 sine so-
 lennita-
 te alie-
 nari pos-
 sint.*

col. 2. vers. 2. quarto, C. de sacros. eccl. & in l. id quod pauperibus, quaest. 21. C. de episcop. & cleric. Balb. in tract. de prescrip. particula prima 5. par. princip. vers. amplia. 5. & Paris. in consil. 34. num. 19. lib. 4. Si vero Oratorium illud ab eis sit extructum, ut sit sacrum, & Deo Opt. Max. dicatum, bonaque vna simul eo animo congesta, ut ad opera Oratorij necessaria, & ad pauperes subleuandos perpetuo sint, & tunc bona illa veluti ad illud solum commodum tendentia, tanquam loci religiosi iudicanda sunt, etiam si episcopi non accesserit consensus, & proinde non possint ad libitum distrahi, nisi accedente totius Confraternitatis consensu, & Episcopi auctoritate, ac in illis casibus, in quibus aliorum locorum religiosorum bona alienari conceditur, sic intelligendo quae scribit Per. Rebuff. in commentar. Regiarum constitut. tom. 2. tract. de Confratrijs, nu. 9. Zabarel. in consil. 13. in princ. Panorm. in consil. 31 sub num. 1. vers. Sed his non obstantibus, li. 1. & Socin. sen. in consil. 82. sub nu. 34. volum. 4.

30 Decimo sexto, amplia ¶ etiam si consuetudo esset in contrarium, nam solennitas a Canonibus requisita in alienandis rebus ecclesiarum, non potest consuetudine remitti. glo. in c. cum causa, de re iud. Abb. in c. nulli, sub num. 6. de reb. eccl. & in c. ceterum, de donat. Rolan. consil. 15. num. 14. & est communis opinio. & testatur Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. num. 4. Subdens id esse verum, quo ad alienationem propriam, & perpetuam, ex qua vtile & directum dominium transferatur, secus in datione in emphyteusim, vel in feudum, quia consueta dari possunt in emphyteusim concedi ea solennitate, qua dari consueuerunt, & dicam infra limita. 3. Quando autem consuetudo possit augere vel diminuire has solennitates, late per Fel. in d. c. cum causa, de sent. & re iudi. Rebuff. in d. compe. num. 20. 32. & 35. Redoa. q. 51. c. 18. fol. 196.

31 Decimo sexto, amplia ¶ procedere etiam vbi ita donatur vel legatur ecclesiae, ut possit alienari sine solennitatibus, quia requiruntur non obstante dicta voluntate, quae tanquam illicita seruanda non est, c. tua, vbi Couar. num. 6. de testa. facit tex. in l. nemo potest ff. de leg. 1. & habetur pro non apposita, cum sit improbat a iure. glo. & Abb. in c. verum. de condit. appo. Nam cum dominium rei sit quaesitum ecclesiae, res est effecta ecclesiastica, ideo requiritur auctoritas iudicis ecclesiastici Innoc. in c. verum. de for. compet. Non obstat tex. in l. 1. & 3. C. quando Decr. opus non est, quia non militat eadem ratio de re minoris ad rem ecclesiae, quia minor maior factus potest ratificare alienationem factam in minoritate, toto tit. C. si maior fact. rat. habue. quod secus est in ecclesia, quia per ecclesiae ratificationem absque solennitatibus, non validatur contractus, cum de necessitate requirantur solennitates, etiam quod appareat de euidenti utilitate, ut dicam infra amplia. 18. secus est in alienatione rei minoris, in qua tunc non requiritur Decretum. Capy. dec. 113. faciunt not. per Redoa. q. 78. c. 2. nu. 13. Tum etiam quia res minoris remanet laicalis & in casu nostro res efficitur ecclesiastica, & mutata persona, mutatur rei status, l. per procuratorem ff. de acqui. hered.

32 Hoc intellige quando legatur ecclesiae capaci, secus si incapaci, ¶ quae non potest retinere in communi, quia tunc potest alienari sine solennitate. Rebuff. in d. comp. nu. 29. Rolan. consil. 15. vol. 4. post Hyppol. singul. 132. in alienatione, Franc. in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. vers. 12. limita. Idque amplia si in tali legato facta ecclesiae incapaci, dicatur quod non possit alienari, quia adhuc poterit alienari, & inde pecunia conuerti in ecclesiae utilitatem. glo. in cap. 1. de relig. domi. lib. 6. in verb. Domum, Abb. Fel. & Dec. in cap. cum in praesentia, de probat. S. Anto.

28 ALIENATIO RERVM ECCLESIAE.

S. Anto. in 3. par. Summ. tit. 12. c. 1. in prin. Armilla in verb. Alienatio, num. 29. Dicam in limit. 6.

Decimo septimo, amplia regulam prædictam procedere non solum in bonis stabilibus ecclesiæ, sed etiam in rebus solo coherentibus, vt sunt arbores, quæ solo cedunt, si radices egerint, & iure soli iudicantur, l. adeo. §. si alienam. ff. de acqu. re. do. §. si Titius. Insti. de re. diuis. ideo seruus rusticus deputatus prædio computatur inter immobilia. Abb. in c. nulli. num. 2. de reb. eccle. alien. † & possessionis appellatione continentur res possessæ, vt sunt arbores, quæ solo inhaerent. Nauar. in conf. 6. nu. 2. de reb. eccle. alien. quas regulariter beneficiatus non potest incidere etiam non fructiferas, & contraueniendo incidere in penas huius Paulinæ. Nauar. in conf. 7. eo tit. Beneficiatus enim æquiparatur vsufructuario. glo. in cap. præfenti. de off. ordi. in 6 & vsufructuarius non potest incidere, l. æquissimum §. fructuarius ff. de vsuf. Limita non procedere in sylua cædua, nemore, arundineto, & alijs arboribus cæduis, quæ per incisionem sunt in fructu, & renascuntur, quia per huiusmodi incisionem non deterioratur fundus. l. diuortio, §. si fundum. cum §. seq. vbi Bar. & Ias. ff. sol. mat. l. qui fundum. ff. de cõtrah. emp. l. sylua cædua ff. de verb. sig. limita etiam si ex incisione huiusmodi arborum fundus fieret fructuosior, quam esset antea incidendo arbores opacas, siue quæ umbram summam efficiunt, vt quando nimia deplitas noceret arboribus, & fructui ab eis ferendo, & impedirent augmentum fructuum, & vtilitatem aliarum arborum sufficienti prædio. Nauar. in d. conf. 6. eo tit. vel exciderentur arbores fructiferae, vetusta, ac corruptæ, vel non fructiferae, & in earum locum aliæ vtilis substituerentur. l. agri ff. de vsuf. arg. §. in pecudû, Insti. de re. diuis. Bart. & Ias. in d. §. si fundum. Tiraq. de retract. conuen. §. 3. glo. 1. a. num. 2. 3. vsque ad 20. vbi etiam de credito habente in pignus, emphyteuta, colono, & alijs habentibus ius in re, & per Redoa. de reb. eccle. alien. q. 79. c. 7. Itaque beneficiatus debet vti arboribus, & fundo, vt nihil agriculturæ, & arboribus noceat, & proprietas agri non deterioretur d. §. fructuarius, ac boni viri arbitratu, frui, & recte colere quasi bonus paterfamilias. l. item si fundi. ff. de vsuf. g.

34 Decimo octauo, amplia etiam † si contractus essent vtilis ecclesiæ, nam si sine solennitate fiant, sunt nulli, Franc. Sarmient. de reddit. eccle. p. 1. c. 2. 3. & 4. Vinc. de Franch. dec. 35. & alij, quos refert Redoa. q. 46. & 24. in d. tract. de reb. eccle. alien. Contrarium tenent Dec. in cap. 1. in 1. lectu. num. 71. de constit. & ibi Addep. in verb. contentioso, & in c. que in ecclesiarum, num. 28. eo tit. Rebuff. in d. compen. nu. 34. Redoa. q. 20. & 51. c. 7. Nauar. in comment. de alie. rer. eccl. sub num. 17. alios cumulat Ant. Gabriel lib. 3. com. opin. in tit. de reb. eccl. alien. concl. 1. & nouissime Mascard. de probat. concl. 75. qui refert hanc esse magis communem & vetiorem opinionem, faciunt dicta per Afflict. in Const. Reg. Constitutio nem Diuæ memoriæ, num. 66. quod in augmentum feudi valet alienatio sine assensu directi domini, est tamen in electione ecclesiæ, si vult stare contractui, & procurate expeditionem solennitatum etiam inuito contrahente. Sarm. de. 12. nu. 21. Redoa. d. q. 20. nu. 193.

Ad cuius opinionis corroboracionem, scilicet, quod contractus initus in ecclesiæ vtilitatem, non seruatis solennitatibus sustineatur, adde quod illam etiam scilicet Roderic. tom. 1. quest. regular. q. 27. art. 9. & ratio est, quia in hoc casu interuenit finis, seu effectus, ad quem respiciunt iura solennitates requirentia in alienatione rei ecclesiæ, cum sint inuentæ ad euitandas deceptiones, Rebuff. in conf. 109. num. 13. & conf. 111. num. 9. & seq. post Albert. Brun. in tract. de forma & solen-

& solennit. actus rubr. de causis formæ, & solennit. Declara quod ita demum talis contractus erit nullus, vel validus, si ecclesia in cuius fauorem solennitates sunt introductæ, hoc volet, eique placebit, adeo, quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quam ab ipsa ecclesia. Innocen. cuius dictum sequuntur Host. Zab. & alij in c. 1. in prin. de his quæ fiunt a præl. sine cons. Cap. Pan. in c. diuersis fallacijs, nu. 6. de cler. coniug. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 31. in fine de consti. tut. Rota Rom. in decis. diuers. decis. 133. num. 11. & seq. vol. 2. & decis. 262. nu. 9 par. 3 lib. 3. ita quod ipsa volente stare contractui non potest eius aduersarius dicere contractum nullum. Menoch. qui alios congerit in addit. ad cas. 172. nu. 62. & infra. Intellige dummodo Ecclesia post initum contractum, illi stare volens, parata & sollicita sit adhiberi facere legitimas solennitates, vereque ac cum effectu eas adhiberi faciat, seu Papæ assensum super contractus validitate obtineat, ne conductor, seu cessionarius perpetuo stet in suspenso, & ecclesia semper in tuto iuxta terminos insignis decisionis Vinc. de Franc. in decis. 35. quem sequitur Amad. a Ponte in commentar. ad tit. qui feud. dare possunt, num. 148. Secundo declara, quod licet defuerint solennitates iuris positivæ, dummodo iusta causa interueniat in tanta conscientia, poterit quis res ecclesiæ detinere, donec contractus in foro exteriori cassetur ob defectum solennitatum, ut præter Sarment. in 4. tracta. part. prima. capitul. 2. numer. 6. & 7. uoluerunt etiam Abb. in capitul. 1. in fin. de rest. in integr. Nauar. in comment. de spol. cleric. §. 2. sub nume. 6. Redoan. in præd. tract. quæst. 46. numer. 4 & seq. & Roderic. in præd. quæst. 27. art. 10.

35 Decimo nono, amplia ¶ in unione ecclesiarum, quia unio dicitur alienatio, ut not. Abb. in c. tua, nu. 4. de his quæ fiunt a præl. text. in clem. fin. de reb. eccles. non alien. Rebuff. in d. compen. nu. 14. præterquam in casibus a iure permissis vigore etiam Decretorum Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 5. & sess. 24. de refor. general. c. 13. & 15. & sess. 23. c. 18.

36 Vigesimo, amplia ¶ etiam si res, quæ peruenit ad ecclesiam, erat antea obligata creditoribus ut non possit alienari absque solennitatibus pro illis satisfaciendo secundum unam opinionem, quam refert Lopus allega. 25. num. 4. nam dominium ipso iure tranfiit ad ecclesiam ut supra ampl. 8. & est effecta ecclesiastica ut dixi supra amplia. 16. quæ opinio mihi magis placet, tamen ipse Lopus in fine refert alteram opinionem contrariam, quam sequitur Redoan. quæst. 51. c. 8. num. 18. Ego uero censeo quod aut alienatio, seu uenditio fit a iudice ecclesiastico ad instantiã creditorum, sicut potest fieri propter urgens debitum legitime h. contractum ab ecclesia, prout not. glos. in summa 12. q. 2. & Abb. in c. ad nostram, de reb. eccles. alie. & tunc debet adhiberi causa cognitio. s. ut existat causa urgens alienandi, 2. quod debitum ex bonis mobilibus ecclesiæ nõ possit solui, idque liqueat iudici per discussionem bonorum, 3. quod vendatur res minus damnosa, 4. quod pro paruo debito non vendatur res magna, 5. ut ipsius iudicis ecclesiastici interueniat authoritas, & quod omnia ista præcedant Decretum iudicis, & subsequatur subhastatio, quæ si considerantur in uenditione rei minoris ut per Affli. dec. 249. multo magis in re ecclesiæ prohibita alienatione nõ presumitur prohibita alienatio ex causa necessaria, ut ea quæ ob as alienum fit alienationes ff. fam. erci sc. & nõ sufficit simpliciter as alienum subesse nisi etiã creditores urgeant. Mascar. de prob. conclu. 1237. Aut ipse platus ecclesiæ uult uedere ex se, & tunc nõ pot. absq. assensu Apostolico, & ita uidi practicari, & expediri Breue Apostolicum commissum ordinario loci ad instantiã Conuentus IESVS Maria de Neap. ordinis Prædicatorum.

37 Vigesimo primo, amplia & etiam in re sterili seu domo, quae plus incommodi quam utilitatis affert. Rebuff. in d. compen. num. 121. si modo non concurrant tria, de quibus in limit. 4 Capy. dec. 105. Rodoa. q. 51. c. 20. nu. 2. & 3.

a **ADDITIONE** De thesauro inuento ad quem pertineat vide §. thesauros instit. de rev. diuis. l. 1 C. de thesaur. lib. 10. Couar. in reg. peccatum in si. de reg. iur. in 6. Tirag. de retract. conuent. in fin. nu. 96.

Ad pleniorē illius explicationē post Afflict. in Const. Regni Dohana secreti. recentiores scribentes videlicet Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 5. praef. 30. nu. 5. & infra. Petr. Nauar. in tract. de restitu. lib. 4. cap. 2. num. 72. & seq. Ludo. Lopez. in instructor. conscientia. par. 2. c. 2. & latius Molin. de iust. & iure disput. 56. & de Thesauro in bonis ecclesiae reperto, vide Borgnin. Cauale. decis. 612 par. 2.

e **ADDITIONE** Hospitale fundatum auctoritate episcopi gaudet priuilegijs ecclesiae. Afflict. decis. 67.

f Idem tenet Affl. in Const. reg. Iustitiaris num. 18 ubi etiam tenet, quod incisio arborum fructiferarum sit iudicium criminale, & appellatione arborum fructiferarum contineri quercus: & de Beneficiato si equiparetur usufructuario, vel usufruario, vide Abb. in c. cum esses nu. 21. de testa. Rodoa. q. 51. c. 25.

g Sequitur ex predictis, quod pretium arborum, quas beneficiatus non poterat incidere item marmorum & lapidum, quia non sunt in fructu, tenetur conuertere in utilitatem ecclesiae, & non suam, & quando dicatur in ecclesiae utilitatem conuerti, declarat Rebuff. in d. compe. nu. 73. De fodinis auri, argenti, creta, & arena, est tex. in d. l. diuortio. §. si uir. ff. sol. matr. & quando possit inquirere, vel exercere ac in statuere, habetur in d. §. fructuarius & de lapidicinis est etiam tex. in l. si ex lapidicinis ff. de iur. dot.

h Tunc dicitur debitum legitime contractum ab ecclesia quando fuit cum assensu Apostolico alioquin non possunt bona ecclesiae obligari, ut fuit dictum supra amplia. 3 nisi fuisse versum in utilitatem ecclesiae quod tenetur probari e. creditor in tribus casibus ut in mutuo, in deposito, & pro solutione debiti, ecclesiae legitime contracti, nec creditur assertioni praelati. Rebuff. in d. comp. alien. nu. 38. vsq. 42. Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. num. 3. Deci. cons. 36. post Abb. in c. 1. depo. & in c. quod quibusdam, de fideiuss. Bart. in l. ciuitas. ff. si cer. pet.

Nō crediti Praelati assertioni interne nisse tractatum in alienatione rei ecclesiae extrinsecis.

Hoc videlicet, quando creditor probare habeat pecuniam esse versam in ecclesiae utilitatem, & quando ecclesia ex mutuo suscepto a praelato, vel alio eius administratore teneatur, post Rodoa. in praef. tract. quaest. 56. cum duob. seq. capit. diligenter explanat Menoch. hb. 2. de arbitr. iud. cent. 5. casu 432. quo loco, & in tract. de praesumpt. lib. 3. praef. 55. differit etiam de coniecturis, ex quibus id probari possit, cuius dictis adde, quod Abbas, qui recipit pecuniam conuertendum in certam causam pro necessitatibus monasterij, obligat monasterium, licet non conuertent in illam causam, ex com. opinione de qua testatur Ioan. Vincet. de Aona lingua lat. 1. Et quod ibi subditus, scilicet quod de hac versione in utilitatem ecclesiae non credatur assertioni Praelati, amplia ut nec ex eius assertionem probetur tractatus requisitus in alienatione rei ecclesiae, sed de eo fieri debere scripturam separatam, docent ex multis Domini de Rota decis. 716. diuers. nu. 2. & 3. pa. 1. Extende ut neq. praed.

præd. tractatus probetur etiam si instrumento alienationis diceretur, habito colloquio & tractatu, cum non sit ad id specialiter confectum, neque sufficere si in d. instrumento fieret de tractatu mentio per relationem ad aliud instrumentum, nisi producat & exhibeat. Hier. Magonius decis. 12. Rotæ Lucensis, nu. 24. & 25. nota 6. Rolan. a Valle cons. 15. nu. 10. Qualiter autem debeat fieri, & præcedere tractatus circa alienationem bonorum monasterij, tradit Rodericus tom. 1. quaest. regul. q. 27. art. 2. Formam vero, seu solennitatem, quam Capitulum Cathedralis, seu inferioris ecclesiæ adhibere debet in alienatione alicuius prædij ipsius Capituli, describit Menoch. in præalleg. addit. ad cas. 172. num. 28. & infra. Prosper de Augustino. V. I. D.

- 38 *Quanam sint res quæ seruando seruari non possunt.*
 39 *Concessio in emphyteusim absque assensu Apostolico quando valeat.*
 40 *Quanam dicantur solita concedi*
 41 *Intelligentia tex in c. terrulas 12. q. 2.*
 42 *Quando imminet summa necessitas non seruantur solennitates.*
 43 *An dispositio huius Paulinæ habeat locum in remissione legati, ac rei non incorporata.*
 44 *In remissione caducitatis non requiritur solennitas.*
 45 *An in principe permittente cum ecclesiâ.*
 46 *Præsumuntur solennitates ex antiquitate temporis.*
 47 *Præscriptio legitima succedit loco decreti.*
 48 *An hæc Paulina sit ubique recepta.*
 49 *Pœnæ contra male alienantes, & an habeant locum ante condemnationem.*
 50 *Quanam excusant a pœnis huius Paulinæ.*

Hanc Regulam sic ampliata, limita Primo in locarione, & conductione per triennium, vt in hac Paulina, cum declaratione tamen de qua supra in 4. amplia.

38 Secundo, limita in rebus, quæ seruando seruari non possunt, vt in hac extratrag. glo. in summa 12. q. 2. Rebuff. in d. comp. alie. rer. eccl. nu. 26. Socin. in falsen. reg. 116. nu. 2. & sunt quæ ultra triennium durare non possunt absque notabili deterioratione. arg. l. lex quæ tutores. C. de admin. tutor. cum similib. alleg. per Redo. q. 6. nu. 29. vbi tenet, quod etiam vestes attritæ, & animalia superuacua possunt vendi absque Decreto, & facit tex. in l. fin. C. quando Decret. opus non est. Sed debet pretium conuerti in utilitatem ecclesiæ. Ac ea, quæ magis expedit distrahi quam seruari, non sunt prohibita alienari, Redo. q. 5. r. c. r. num. 4. Et quid bonorum mobilium appellatione, quæ seruando seruari non possunt, comprehendatur, vltra Abb. c. nulli, de reb. eccl. falsen. & præallegatos, declarat etiã Molina de contract. disput. 465. nu. 3. Idem dicendum est de re mobili. minus pretiosa Rebuff. nu. 24. Redo. loco præalleg. dicam. in fra. lim. 8.

39 Tertio limita in concessione in emphyteusim, habente tres condiciones scilicet in casibus iure permissis, de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidenti ecclesiæ utilitate, ut in hac extrag. secundum Caieta. in verbo, excommunicato, cap. 75. & dixi sup. in reg. sub nu. 5. Bona igitur, quæ reuertuntur ad ecclesiã, & sunt solita concedi, si non cesset prima causa, possunt iterum concedi iuxta consuetum modum sine solennitate. Abb. & Doct. in cap. ut super. de reb. eccl. alien. Rebuff. in d. compen. num. 33. probatur etiam in c. 2. de feud. in

tit. de his qui feud. dar. poss. & tit. episcop. vel Abba. in vlib. feud. vbi Iser. Alua. Prepos. & Afflict. Ruin. conf. 41. num. 39. Franc. Curt. in tract. de feud. par. 2. q. 1. Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 17. Iul. Clar. de feud. q. 13. & in §. emphyteusis q. 6. Calderi. cōf. vlti. Paul. Castr. in l. etiam. ff. sol. matr. Bero. conf. 86. vol. 1. Redoa. q. 51. cap. 6. & q. 60. & 61. Menoch. conf. 70. vol. 1. Alex. Stiat. in repet. huius extra uag. num. 34. 43. & 44. Molina de contract. disput. 466. & 468. num. 20. post Afflict. in Const. Barulos sub num. 85.

40 Sed quando dicatur † res solita cōcedi, declarant etiam Dec. in conf. 142. nu. 4. & in Auth. qui rem, nu. 20. C. de factos. eccle. Franc. Curt. ibid. nu. 44. Capy. in inuesti. feud. in verbo, feudum dant, versiculo Prælati ecclesiarum. fol. 142. vsq; 148. Iul. Clar. in d. §. feudum. q. 13. Redoa. q. 65. sed ultra eos lege aurea verba Afflict. in Const. Regni, Constitutionem Diuæ memoriæ. sub nu. 67. quem sequitur Alex. Stiat. sub nu. 19. & 33. & Molina d. disput. 468. nu. 20. vide Ripam in l. filius fam. §. Diui. nu. 65. ff. de leg. 1.

Norandum tamen est communem esse opinionem quod tunc dicatur res solita concedi, quando reperiuntur duæ concessiones illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorum, vt refert Iul. Cla. in loco præallegata, dicens esse tenendam tanquam tutiorem,

Conclusionem hanc, nempe, quod Prælati bona concedi solita, ad ecclesiam reuerfa, possit iterum sine aliqua solennitate concedere seu infeudare, notabiliter ampliat & limitat Amædæus a Ponte in Commentar. ad tit. qui feud. date. poss. a. num. 155. vsque ad finem, item amplia, vt per Rolan. cōf. 1. nu. 83. vol. 1. Item quando dicatur res solita concedi seu infeudati, præter Doctores citatos, videndi sunt Paris de Puteo in tract. de feud. redintegrat. sub rubr. Res solita concedi quādo dicitur, nu. 11. & infra Præfatus a Ponte loco cit. nu. 151. & seq. & Anton. Maria de Canib. in quodam alio suo consi. collocato post 30. decis. Caualepar. 2. nu. 95. 119. 173. & 185. cum seq. probatur autem istud, solitum aut per duas locationes cum cursu 40. annorum aut per vnā solenniter factam prout ita fuisse alias tētum in Rota Rom. ac esse communem opinionem traditur in decis. 160. diuers. num. 5. vol. 2. vbi vero secunda locatione fuisset obiecta noua conuentio, seu noua qualitas tunc facit, vt non possit dici confirmatoria primæ locationis, sed esset noua concessio diuersa a prima, vt in eadem decis. num. 9. habetur, & per Cauale. decis. 30. nu. 87. & seq. par. 2. ac ex adductis per Cacheran. decis. Pedem. 23. nu. 22. & infra satis comprobatur. Idem etiam vbi excederetur modus consuetus seu forma consuetæ alteraretur, vt declarat Ursil. in annot. ad decis. Afflicti 305. nu. L. & latius d. Amæd. ibidem, nu. 144. & est com. Doctorum sententia referente Ripa, respon. 2. num. 17. & 18. sub tit. de iure emphyt. Cauale. decis. 25. nu. 13. par. 2. ideoque vti nouus contractus debitas requireret solennitates. Intellige procedere, vbi alteratio ex nouis pactis adiectis esset, quo ad substētia ipsius, actus, non autem si alteratio esset respectu aliquarum, qualitarum, quæ tanquam accidētales non essent in consideratione, Cald. in conf. 11. sub rubr. de feud. est communis conclusio referente Alex. in conf. 9. num. 2. lib. 3. Hieron. Magonius. decis. 14. Rotæ Lucensis, num. 30. & 39. & ibi addentes li. E. & quando alienatio dicatur in melius, exemplificat Riminal. conf. 340. num. 17. vol. 2. vbi etiam aliqua tradit quot tempora requirantur vt res dicatur effecta de mensa. Insuper supra affirmata conclusio, videlicet, quod in bonis ecclesiæ concedi solitis remittatur solennitatis obseruatio, inter ceteras, quas patitur exceptiones est, vt non procedat in bonis, quæ & si semel vel pluries fuerint concessa, sunt tandem aliqua de causa ad ipsam

Res solita cōcedi qualiter probetur.

Quando non procedat cōclusio, q̄ in bonis ecclesiæ

ipsam ecclesiam reuerfa, eiusque patrimonio incorporata, ac de illius mensa effecta, sicque prima sua natura amissa nouam assumerint, Crescent. decis. 1. num. 5. sub tit. de reb. eccles. alien. vel non. post Zabarel. in c. 2. q. 12. de feu. Menoch. lib. 2. de arb. iud. cent. 5. casu. 423. quo loco, & in tract. de prasump. lib. 6. praef. 87. ex-
 primit coniecturas ex quibus id conijciatur post Redoan. in praed. tr. vet. q. 62. & Parid. de Puteo vbi supra, nu. 6. & seq. Amad. a Ponte loco cit. num. 160. notab. Mascard. de probat. conclus. 203. late praed. Anton. Mare. in praalleg. conf. num. 194. & infra. Reliquas recensere omitto, cum satis abunde per Doctores scriben-
 tes super c. 1. qui feu. dare possunt, & per Redoan. quaest. 61. de eis agatur; Vnum non pertransundum duxi scilicet, vt bona ad ecclesiam reuerfa, quotiescunque cessare causa prima concessionis, & rebus non obstantibus non possint dari pro eodem canone, seu pretio quando plus fuerit oblatum, vel facta diligenti inquisi-
 tione plus reperiri potuisset, pp. verisimilem spem maioris perceptionis iuxta termi- nos singulariter discussos per Dns de Rota in dec. 360. diuers. vol. 1. & vide Paul. de Cast. conf. 61. incip. videtur. & Rimi. consi. 100. nu. 4. & consi. 567. volum. 3.

41 Quarto, limita ¶ in re immobili parua, vt possit alienari cum consensu episco-
 pi, absque solennitatibus. capit. terrulas 12. quaest. 2. & tunc tria copulatiue re-
 quiruntur, vt res sit exigua & modica, quod non sit ecclesia utilis, & necessitas. Rebuff. in d. compen. num. 122. & 60. Redoa. q. 13. num. 19. & q. 51. cap. 8. & 20. num. 6. Res igitur sterilis, seu inuicilis praedictis non concurrentibus non potest alienari absque solennitate. Capy. decis. 105. Bero. consil. 83. 85. 59. & 91. vol. 1. Guid. Pap. decis. 156. Rebuff. num. 121. & iuramentum praelati de non alienan-
 do non extenditur ad hanc rem exiguam. Abb. in c. fin. de eccle. aedific. in cap. vt super. de reb. eccle. & c. 2. de feud. Redoa. d. q. 13. num. 11. Capy. in inuest. feud. in verbo feudum dant conclus. 20. fol. 147. Nota quod rex. in d. c. terrulas, per hanc extrauag. non est correctus, vt dicit Alex. Stratic. hic, num. 3. Non obstat rex. in c. ad aures, de reb. eccles. quia ibi ponitur vnus de casibus a iure permissis, & proce-
 debat ante hanc extrauag. per quam hodie non potest concedi in emphyteusim nisi tribus concurrentibus scilicet, quod sit in casibus a iure permissis, de bonis se-
 litis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidenti utilitate, vt in preced. limi- ta. quibus tribus concurrentibus potest concedi inconsulto Romano Pontifice: Quam dicatur res exigua & modica, vltra glos. in d. cap. terrulas. & Redoa. q. 10. est arbitrio boni viri inspecta conditione ecclesiae, si est tenuis vel multum a-
 bundans, attenta qualitate temporum, locorum & rerum arg. l. 1. de iur. delibe. & c. de causis. §. 1. de offi. delega. Abb. in cap. 1. num. 8. de rellit. in integ. Canophi. in repet. huius Paulinae, num. 46.

Adde quod hoc censuit Sacra Congregatio Concilij, scilicet, neque Consti-
 tutionem Pauli secundi, neque Conc. Trid. decretum derogasse dispositioni c. terru-
 las 12. q. 2.

Quinto, limita in bonis stauritarum, fraternitatum, hospitalium, collegiorum,
 seu aliorum locorum non fundatorum auctoritate episcopi in quibus non habet
 institutionem neque destitutionem, Redoa. quaest. 49. nu. 8. & per ea quae dixi su-
 pra 13. amplia. cum sequenti.

Sexto, limita in bonis relictis, & donatis ecclesiae quae est incapax retinendi e-
 tiam in communi vt sunt fratres Sancti Francisci de obseruantia, & Capuccini,
 de quibus mentionem facit Concil. Trid. sess. 25. de reg. capitul. 3. vt possint alie-
 nari sine solennitatibus, & pretium conueni in ecclesiae necessitatem. Socin. in
 Reg. 110. nu. 3. Deci. in c. in praesentia, nu. 271. de prob. & dixi supra amplia. 16.

42 Septimo, limita ¶ si immineret summa necessitas alienandi, & tantam celeritatem requireret, quod superiorem consuli non patiatur, tunc potest alienatio sine consensu Pape, vel alterius superioris, cui fuit iuramentum praestitum de non alienando minime requisito, Abba. in c. fin. num. 7. de eccles. edific. Cath. Zabar. loquens de bonis Hospitalium in clem. 2. q. 11. de religio. domi. Rebuff. in d. comp. num. 35. loquens pro vili communi in munienda Civitate, & per Redoa. q. 13. num. 3. cum seqq. & quaestio. 9. num. 51. & quaestio. 35. num. 7. & 9. Canophil. in repet. huius extraug. num. 85. item pro redemptione captiuorum, & alimonia pauperum quando periculum esset in mora. Lege aurea in c. aurum, & c. gloria episcopi 12. q. 2.

Octavo, limita in re mobili minus pretiosa. Rebuff. in d. compend. num. 24. Redoa. q. 51. c. 1. num. 4.

43 Nono, limita ¶ non habere locum dispositionem huius Paulinae in repudiatione, vel remissione legati, seu hereditatis, ac rei ecclesiae non incorporatae, quia remissio non est alienatio. l. alienationis ff. de verb. signi. & praelatus, seu beneficiatus potest praediacare ecclesiae, in acquirendis. las. in l. seuius, num. 2. C. de pac. & in l. legatum, ff. de leg. 1. dixi supra in amplia. S. tamen tenetur ecclesiae refarcire damnum, glo. in cap. 2. in verbo aut neglectum 12. q. 4. Abb. in cap. ad praesentium, de pigno. Franc. in c. 1. de reb. eccle. non alienan. in 6. Silu. in verbo, immunitas primo, num. 12. Rebuff. in d. comp. alic. num. 31. Redoa. in d. tract. q. 2. c. 7. nu. 12. & q. 3. num. 60. ac q. 22. num. 52. q. 76. num. 31. & q. 51. c. 4. non tamen incurrit poenas huius Paulinae. reg. odia, de reg. iur. in 6. facit tex. in l. qui autem. ff. quae in frau. credi. de debitore qui potest renunciare legatum in fraudem creditorum. Couar. in c. Rainaldus. §. 3. de test. Bal. in l. maximum vitium. num. 11. C. de lib. prae. quem refert Ang. in ver. excommunicatio primo, nu. 20. Sed haec procedunt in foro exteriori, non autem interiori, quia tenetur debitor facere id quod potest pro soluendis debitis iustis. Pet. Naua. li. 3. de rest. c. 1. nu. 13. si tamen praelatus ex iusta causa ob scandalum vitandum omisisset acquirere, non tenetur, quia ecclesia potius debet pati damnum temporale, quam permittere scandalum animarum fidelium, S. Thom. & ibi Caieta. 2. 2. qu. 43. art. vlt. in resp. ad 5. in si Quando vero esset res, seu actio communis praelato, & ecclesiae, seu Capitulo, non potest in praediacium Capituli renunciare. Rebuff. in d. comp. num. 30. vers. & ista opinio. Iul. Clar. in §. emphyteusis q. 11.

Praelatus potest praediacare ecclesiae in acquirendis, vide Riminal. consil. 315. nu. 15. vol. 2. adde quod hanc opinionem sequitur Aluar. Valasc. decis. 77. Luthan. nu. 2. to. 1. Amplexi sunt etiam Domini de Rota ut liquet in deci. 233. diuers. nu. 6. par. 3. lib. 3. iuncta deci. 284. nu. 9. eo. lib. ad obiectionem illam scilicet, quod quando Praelatus cedit iura sibi competentia ratione hereditatis ecclesiae successore, ad quam sibi, & ecclesiae actio est quaesita ex testamento, cedendo, & repudiando videtur, acquirere, & adire hereditatem tanquam necessariam antecedens ex Ripa. consil. 270. col. 2. vol. 1. non enim posset cedere, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur ad hunc, & ita potius esse in acquirendo, quam in acquirendo, & per consequens cessione illi obtaret Paulina tanquam absque solennitatibus per eam requisitis facta, si quidem per eosdem Dominos in alia decis. 30. par. 3. lib. 2. iuncta decis. Putei. 5. 9. li. 2. responderetur, quod ex quo illa cessione non est ordinata ad acquirendum, & ad eundem principaliter, sed potius ad repudiandum, quod illa acquisitio momentanea, quae fit, non est in consideratione, licet verior & tutior sit opinio contraria relata supra, sub nu. 23. scilicet, quod non tantum in acquisitis, sed etiam in acqui-

acquirendis non possit fieri remissio a solo Pralato absque solennitate, quæ ultra supra allegatos corroboratur ex decis. Caputaque. 359. par. 2.

Decimo, limita in rebus quæ nondum sunt incorporata mensa Episcopalis, seu Capitulari, elem. 1. in ver. ad mensam, de excess. prala. c. 2. de feu. Abb. in c. vi. super, de reb. eccl. alien. vt possint concedi sine solennitatib. dummodo duret prima causa, vt dixi supra limi. 3. quæ & quomodo res dicatur de mensa ultra Doc. in locis præallegatis, & in c. 1. de his qui feu. da. possin. vfi. feu. vide Redoa. quest. 62. Aduerte quia tam per nonam, quam per hanc decimam limitationem euitantur pœnæ extrinsecæ huius Paulinæ, non tamen intrinsecæ nullitatis contractus, non enim præcluditur via ecclesiæ aduersus repudiationem, seu remissionem legati, ac rei non incorporationem factam in datum Ecclesiarum, quia Rectores earum vtilia, non inutilia agere poterunt; ideoque dato, quod in quærendis videatur, quod factum Pralati possit præiudicare Ecclesiæ, & licet Ecclesiæ possit agere contra Prælatum, qui illi præiudicauit in non acquiendo, non tamen per hoc videtur sublatum remedium restitutionis in integrum ex allegatis per Riminal. in cons. 315. nu. 15. & infra vol. 2.

Vndecimo, limita vt possit Prælatus sine solennitatibus restituere rem, quam iniuste detinet Rebuff. in d. comp. nu. 28. Canophi in repet. huius Paulinæ nu. 37.

Duodecimo, limita vt valeat transactio absq. solennitatibus quando possessio non est penes Ecclesiam, nam si per transactionem Ecclesiæ rem relaxaret in cuius possessione existit, tunc requiruntur solennitates. Rebuff. in d. comp. num. 21. Rolan. cons. 15. dixi supra amplia. 5. intellege de re dubia, alioquin non dicitur transactio l. i. ff. de transact. & dummodo sit in euidenter Ecclesiæ utilitatem, tutius tamen erit assensum Apostolicum obtinere si in futurum Ecclesiæ nollet stare contractui, sic practicatur, & vidi expedita Breuia.

44 Decimo tertio, limita ¶ vt possit solus prælatus, seu Rector remittere caducitatem emphyteuticæ Ecclesiæ. las. in l. legatum, num. 18. de leg. 1. & in l. seruus, num. 2. C. de pac. Cur. de feu. part. 2. questio. 2. princ. num. 7. per ea quæ dixi supra limi. 9. hoc enim dependet ex voluntate beneficiati. Afflict. decis. 97. Iul. Clar. in §. emphyteutis, questio. 9. 10. & 11. quæ pœna caducitatis an, & quando remissa præsumatur notab. tradit Menoch. in tractat. de præsumption. libr. 2. præsumpt. 112. & an caducitas incurta tempore prædecessoris possit per successorem intentari, & decanone deurso tempore prædecessoris, & non soluto cui debeat an heredibus illius, vel successoribus in Ecclesiæ de vtroq. agit Hiero. Maugon. decis. 70. Rotæ Florent.

Decimo quarto, limita quando contractus esset in euidenter Ecclesiæ utilitatem, vt nõ requirantur solennitates secundum quosdam Doct. relatos supra amplia. 18. sed hodie per hanc Paulinam requiritur assensus Apostolicus, vt dixi supra num. 5. & 34.

45 Decimo quinto, limita ¶ in principe permutante cum Ecclesiæ secundum Hof. in cap. de rer. permut. licet contrarium teneat Innocen. vt prædixi amplia. 1. & est magis tutum.

Decimo sexto limita quando ecclesia esset grauata per fideicommissum restituere Rebuff. in d. compen. nu. 29. & 30. Redoa. q. 51. c. 3. nu. 21.

46 Decimo septimo, limita ¶ quando non apparet de solennitatibus, sed præsumuntur propter diuturnitatem temporis mortuis contrahentibus Rebuff. in d. compen. num. 37. & in consil. 111. num. 12. Afflict. decision. 107. num. 5. & decision. 368. num. 7. Capi. decision. 164. Gram. decision. 79. Crauer. de antiq. temp.

par. 2. §. vidimus. num. 24. cum seq. Redoan. in d. tract. q. 39. & 48. Navar. consil. 1. de reb. eccles. alienan. in antiquis, & 16. in nouis. Rolan. consil. 15. nume. 12. volum. 2. Alexan. Siat. in repe. thuius Paulinae sub nume. 20. de qua solemnitate praesumenda late per Felin. in c. sicut, de sent. & re iud. Iasin l. sciendum, ff. de verb. oblig. Rimin. consil. 292. sub num. 87. Ruin. consil. 41. cumulat, & reassumit Mascard. de proba. concl. 75. & 154. & 482. vbi notabiliter limitat, & sublimat, & an ex cursu viginti annorum, vltia Navar. in d. consil. & consil. 1. de praeser. in nouis. vide Dec. consil. 36. sub nu. 8. & consil. 341. n. 13. Soci. in regul. 376. in vet. solemnitas extrinseca, & an credatur instrumento in quo asseritur solemnitates fuisse adhibitas. Bar. consil. 41. par. 1.

*Propter
temporis
diuturni-
tatem
praesumi-
tur solē-
nitatem
interue-
nisse cū
declara-
tione.*

Praesumuntur solemnitates propter diuturnitatem temporis, adde quod hanc conclusionem multorum auctoritate comprobatur Navar. in consil. 3. num. 7. de cē sib. in antiq. Declara primo, quod cum haec praesumptio sit fundata in taciturnitate partium ex Soci. iun. consil. 56. sub nu. 13. & 14. lib. 1. secus esset dicendum si infra spacium 30. annorum super ea per partes aliqua lis mota fuisset. Rota diuers. decif. 160 nu. 6. vol. 2. Secundo declara talem praesumptionem nunquam habere locum, vbi ex instrumento constaret solemnitatem fuisse defectiuam, & minus legitima. Cassador. decif. 3. num. 7. de procurat. Redoan. quaest. 39 sub num. 29. est magis com. opinio, referente Casalc. qui alios concordantes adducit decif. 29. sub nu. 24 par. 2. amplia etiam & declara, vt per Ant. de Gama. decif. 48. regni Lusitani, & per Riminal. consil. 343. vol. 2. & in consil. 461. vol. 3. & consil. 571. eod. vol. Quid vero dicendum sit in praesumptione assensus Apostolici.

*Tradi-
tur ple-
na eluci-
datio il-
lius arti-
culi,
nu. 5. an
ex tempo-
ris diu-
turnita-
te presu-
matur
assensus
Apostol-
licus.*

Vt huius articuli, qui admodum frequens, necessarius, & difficilis est, veritas liqueat, amicorumq; votis morem geram, idcirco exactius illum examinando breuiter praesupponendo dicimus, quod de stylo, & obseruantia Curiae Romanae concessio assensus Apostolici super alienationibus rerum ecclesiae non indulgetur, nisi praevia delegatione S. Pontificis in personam aliquorum in dignitate ecclesiastica constitutorum, qui videant an concessionem cedant in euidentem ecclesiae utilitatem, & si ita apparuerit, illas confirmant, alias non, de qua obseruantia testatur Vincent. de Franch. in decif. 239. nu. 1. quae commissio solet expediri in forma Breuis, seu per Bullam, de quibus rescriptis, eorumq; clausulae est videre apud Staphil. de rescript. in forma Breuium nu. 20. & infra in 2. editione, Gomef. in tract. Breuium, nu. 22. & seq. Mandos. de signat. Grat. tit. si in euidentem, & latius apud Redoan. in praed. tract. quaest. 20. nu. 89. & pluribus seq. Quiritur modo an praed. Assensus Apostolicus, [cuius concessio passim fit per diploma separam, vt praedixi,] ex temporis diuturnitate praesumatur. Respondeo, quod ista difficultas fuit proposita in Rota Rom. vt habetur in decif. 179. diuers. vol. 2. Cuius integrum tenorem, vt cunctis innotescat, hic inferere curauimus, prout sequitur?

NEAPOLITAN. FVNDACI, LVNÆ, PRIMA IYNNI
M. D. LXXVII. Difficultas fuit restricta, An ex lapsu 38. vel. 39. annorum cum continua quasi possessione, seu solutione canonis praesumatur beneplacitum Sedis Apostolicae. Et an praesumatur consensus Confraternitatis in alienatione facta per Joan. Antonium in sorores de Caracciolis. Circa primam resolverunt ex lapsu 30. annorum cum possessione praesumi beneplacitum ex Put. & Aug. de reb. eccles. non alien. & alijs plurib. in Roman. Sancti Laurentij in Damaso, coram D. de Rubels isto anno allegatis. Quo ad secundam partem Domini dubitabant, cum finis in Vniuersitate vel Collegio, in quo requiritur consensus Collegij ad remittendam caducitatem, vt late cumulat Clar. in d. emphyteusis. q. 19. Et quia moniales

les videntur potentiores, cum quibus est facta alienatio, sed hoc tollitur ex facto quia ab initio fuit in particulares. Solum igitur remanet difficultas de Collegio, seu Vniuersitate ex adductis per Clar. d. q. 10. Hactenus decisionis verba. Verum quia hæc resolutio non est vsquequaque sufficiens, ad pleniorē dilucidationē firmo conclusionem, scilicet, quod quando intercedit solus lapsus annorum 30. vel 40. absque alia coniectura non inducitur præd. præsumptio. Hugo. Cess. in consil. 111. num. 18. Ferrer. notab. vbi huius rationem reddit in consil. 248. num. 12. & seq. vol. 2. Limitatur primo quando cum 1. red. temporis decursu probatur etiã, seu constaret Summum Pontificem habuisse scientiam, & tolerantiam illius contractus, seu alienationis, in qua eius licentia, & consensus erat necessarius, & de cuius præsumptione agitur ex Alex. in consil. 9. nu. 8. lib. 3. quam Alexandri declarationem eam sequendo commendat Felyn. dicens de ea nunquam obliuiscendū in c. licet. sub num. 33. vers. Bene fateor. de sen. & re iud. Afflict. decis. 107. in fine, Crauer. in tract. de antiq. temp. par. 3. in princ. Ioan. Cephal. consil. 628. num. 80. vol. 5. Redoan. in præf. tract. quæst. 48. num. 16. Mascard. de probat. conclus. 416. num. 2. com. opinio. de qua per Menoch. in tracta. de præsump. lib. 3. præf. 132. num. 71. qui hanc scientiam præsumi inquit, vbi contractus fuisset celebratus in eo loco, in quo esset notorium, & consequenter verisimile, quod ipse superior, & sic Papa sciuerit ex dictis per Capyc. decis. 4. nu. 29. & 30. Secundo limitatur quando concurreret perseverantia partium in ipso contractu cum afflictorū solutione prout Romæ iudicatum fuisse attestatur ex quibusdam decisionibus manuscriptoris Mohedani, & Fabij, quæ circumferebantur, Hieron. Gabriel consil. 88. num. 18. & seq. vol. 1. quibus conformatur prænatrata a nobis sectio, quæ est Rebuterij, & quod hæc sit magis com. opinio etiam absque scientia & patientia superioris Ferrer. consil. 249. num. 26. uol. 2. Declara vt hæc limitatio non procedat, quando per partium conventionem seu pactum, & sic conditionaliter Pape beneplacitum requireretur propter appositionem clausulæ videlicet, (si & quatenus beneplacitum, & consensus S. Sedis Apostolica interueniat) per quam significatur ipsarum partium voluntatem esse, vt ecclesiæ omnino sit consultum per Pape assensum, & notitiã, & per consequens vt a d. futuro euentu ipsius contractus validitas pèdeat, & demonstretur, quo casu vere & non præsumptiue de dicto assensu apparere debet, ad tradita per Ruin. in consil. 68. nu. 17. & 18. lib. 1. & per Ioan. Cephal. in consil. 447. nu. 88. & infra vol. 3. & est communis opinio, ut docet Beirous consil. 16. nu. 14 & consil. 90. num. 4. vol. 3. Ioseph. Ludic. decis. 52. Rotæ Lucan. num. 25. & seq. optime, & in specie Caualean. decis. 8. sub num. 23. par. 2. asserens hoc esse ualde notandum, quia pauci ad hoc animaduertunt, ac ita per ipsam uti iudicem delegatum fuisse iudicatum, eiusque sententiam Romæ confirmatam. Tertio limitatur, quoties cetera habilia supponerentur, scilicet, quod de iustitia tituli appareret, aliaque de iure requisita concurrissent, & sic quod causa alienandi suberit, ac in euidentem ecclesiæ utilitatem sit contractum &c. ex Ferrer. in præleg. consil. 248. num. 24. qui interminis ita responderi si aliud canon. cum non obstat. Quarto limitatur ut præd. licentia, seu consensus præsumatur adhibitus, quando transactum esset tempus immemorabile. Grauer. loco præcit. num. 19. quem sequitur Menoch. vbi supra in eod. num. 71. in fine. Declara nisi constaret, uel alia coniectura colligi posset, quod partes arbitrabantur eo opus non esse, uel non intellexisse illum velle adhibere ex Ioan. Vincent. Hondedeo in consil. 21. nu. 36. cum sequen. & consil. 89. num. 26. lib. 2.

Hinc non immerito quaeritur, An præd. tempus 30. aut 40. annorum intelligatur

Optime
ad hæc
2. limitatio-
nem faciunt
dicta p
Rimi.
consil.
199.
col. 1.

relligatur currere viuentē illo Prælatō, seu Rectorē, qui fecit alienationem. Respondeo negative, imo neque post mortem illius, nisi data scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris, seu Prælati successoris, eoque maxime vbi plures intra d. tempus successissent, quam probare habet is, qui se fundat in d. presumptione, prout colligitur ex dictis per Caualean. decis. 46. sub nu. 29. par. 1.

*Quando
nō appa-
ret de
decreto
Commissa-
rii an ex
tempo-
ris diu-
rurnitate
inter-
uenisse
presu-
matur.*

Ex præcedentis articuli discussione alia emergit quæstio dubitandi materiam præbens, & in qua iudices, apud quos in facti contingentia huiusmodi processus absoluendi pendent, nimis perplexi esse videntur; An scilicet si appareat de supplicatione, & petitione præd. assensus, ac de commissione facta a S. Pontifice delegatione ad confirmandum si in euentem &c. de ipsa confirmatione, seu Commissariorum decreto subsequuto non constet, num ex temporis diurnitate illud interuenisse præsumendum sit. Respondeo, quod & si præsens dubium a Doctoribus formaliter, & in specie tactum non reperi, compellor negative respondere, nempe, quod nisi appareat omnia contenta, & mandata per S. Pontificem in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis, per ipsos vere fuisse exequuta, ad illa præsumenda temporis diurnitas non sufficiat, imo esset maxima præsumptio, quod Commissarij voluissent decretum interponere, eo quod nō inuenissent exposita in supplicatione verificari, verum ubi cum temporis curriculo concurreret etiam iustitia contractus & euidentis ecclesiæ vtilitas, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris successoris aliter respondendum esset. vide Riminal. conf. 430. vol. 3. & consil. 74. volum. primo.

47 Decimo octauo, limita ¶ vt possit res ecclesiæ alienata præscribi bona fide post mortē illius, qui male alienatur spacio quadraginta annorum. Rebuff. in d. compen. nu. 36. Redoa. in tract. de reb. eccles. quæst. 79. c. 3. Mascard. de probat. conek. 225. nu. 12. Molina de iustit. disput. 79. Alex. Strat. super hac Paulina sub nu. 56. Nau. conf. 1. 2. & 3. de præsc. in nouis. Io. And. & Doc. in cap. 2. de reb. eccles. alie. in 6. & in cap. cura. & ibi gl. de iure pat. & cum Paulus IV. contra res male alienatas exceptionē legitimæ præscriptionis opponi non posse constituisse, Pius IV. renouauit, & ad vim iuris communis reduxit, vt in eius Bulla in eip. Pronida. fol. 981. in Bullar. & tunc præscriptio ex 40. annorum curriculo habet vim decreti Redoa. q. 2. c. 3. nu. 12. & aduersus præscriptionem datur nihilominus ecclesiæ restitutio de vnica de in integ. rest. Felin. in c. 1. nu. 8. de præscrip. Affl. decis. 329. Cou. in regula possessor. par. 3. §. si de reg. iur. in 6. Molin. de iustit. disput. 80. Item nō incongrue dici posse videtur, quod cum in terminis nostris præter ius commune antiquum alienationi rerū ecclesiæ resistat hæc Paulina, per quam additur, vt et in casu licito non possit fieri absq; assensu Apostolico, quod hæc quadragenaria præscriptio cōcurrente duplici prohibitione fortior redditur, & hodie non sufficere ex adductis in simili per Rui. in conf. 41. nu. 27. vol. 1. & per Tiber. Decia. conf. 43. nu. 19. vol. 1. & prohibita præscriptione non intelligitur centenaria, nec illa cuius initij memoria non extat. K. Fel. in rub. de præscr. nu. 18. & mala fides probatur, eo ipso quod instrumentum iniusti tituli reperitur penes possessorem. Nau. in conf. 3. & 8. de præscr. in nouis, & de instrumento reperto post præscriptionem vbi de eodem in conf. 1. de reb. eccl. alie. in antiq. & 16. in nouis.

Decimo nono limita in locatione vltra triennium de bonis quæ non fructificant quolibet anno vt dixi supra amplia. 4.

Vigesimo, limita in quibusdam Religionibus, quæ possunt alienare vsque ad certam summam ex priuilegio Apostolico, vt refert Compend. Mendic. in

verbo

verbo Alienatio. quę privilegia erunt videnda, an sint reuocata per illam clausulam generalem in eorum confirmationem, dummodo sint in vsum, & sacris canonicis, & decretis Concil. Trident. non aduersentur, vt infra in verbo privilegia Regularium.

48. Vigesimo primo limitant hanc Paulinam non procedere in locis in quibus non fuit vsu recepta in totum, vel in partem. Card. Caiet. in verbo Excommunicatio c. 95, quem sequitur Nauar. in Man. confess. c. 27. sub nu. 149. subdens, quod in paucis locis est recepta quo ad pœnas extrinsecas, quamuis in multis sit recepta quo ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis contractus, qui idem dicit in c. 23. sub nu. 62. & in compen. alien. num. 21. & in conf. 10. nu. 2. de reb. eccl. alie. in nou. Toler. in Sum. lib. 5. c. 91. vers. dico tertio de hac Paulina. Felin. in c. de quarta, sub nu. 3. de præser. & vltra Naua. vide Boer. decis. 224. Silue. in ver. Excommunicatio 7. num. 83. in fi. Sarmen. de redi. eccl. par. 1. cap. 3. nu. 20. Io. Cuiet. lib. 1. cano. quæst. c. 8. Molin. de contract. disp. 466. nu. 8. Redoa. de reb. eccl. alie. q. 36. num. 21. & q. 58. num. 25. vbi de ea nu. 21. vsq; 26. Quando autem dicatur lex non vsu recepta, vt non obliget transgressores, Abb. & profundius Fel. in c. 5. de reg. & pac. Nauar. c. nu. 41. Sil. in ver. Alienatio q. 15. & in verbo lex, Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. sub nu. 6. Menoc. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 2. Eman. Roderic. tom. 1. quæst. reg. q. 6. art. 11. in fi. & in proprijs terminis huius Paulinæ, Borgn. Cauale. decis. 43. nu. 2. 4. & 5. Vinc. Carocius in trac. locati, & conduc. par. 3. tit. 1. de reb. eccl. locan. concl. 9. f. 129. Verum asserit illa. s. opus esse ut lex obliget, quod sit vsu populi recepta c. in istis. §. leges q. dist. 1. de quib. vbi Doct. ff. de legib. non est ita amare intelligenda vt a subditorum voluntate pendeat obseruatio, sed satis est, vt lex sit promulgata in Ciuitate Metropolitana sicuti Romæ communiter fit. Nauar. late in conf. 1. nu. 19. de const. sed quando per lapsum decenniij, ex quo lex promulgata fuit ab initio a populo non fuerit vsu recepta, neq; moribus vtentium approbata; idq; legislator sciens seu videns taceat, dissimulet, & non obseruantes impunes relinquat, tunc est tacita reuocatio. Medin. in C. de rellit. q. 36. Couar. loco præcit. Gemin. in d. §. leges. Doctores communiter in præalleg. c. 1. de reg. & pace. ac Nauar. in eod. conf. nu. 23. Igitur cum ista extrauag. sit cum alijs in corpore iuris impressa, ac in iudiciali foro citetur, quotidieque Rom. Curia pro eius obseruantia pronunciet, ac ita eius praxis se habeat in expediendis passim breuib. si in euidenti &c. & ex ea emanent absolutiones a censuris, dispensationes, & habilitationes in vtroq; foro quo ad contravenientes, ob id significatur Summos Pontifices velle illam obseruari quo ad omnes partes suas, prout expresse dicitur in iuramento quod præstant Prelati, & Abbates, vt dixi sup. nu. 6. ideoq; existimo non posse dici, quod non sit morib. videntium recepta integraliter, licet præfatorum Doctorum præsertim Caiet. & Nau. magna sit auctoritas. Male tamen alienantes committunt sacrilegium. Caiet. in d. c. 45. Innoc. in c. verum, de fur. compet. Pœnas contra eos impositas refert Rebuff. in dicto comp. a nu. 102. vsque ad 116. & Redoa. q. 76. Quatuor vero pœnæ expresse per hanc Paulinam imponuntur. Prima est nullitatis contractus, Secunda quo ad personas excommunicatio vniuersalis tam contra alienantes quam recipientes, Tertia est interdictus ingressus ecclesiæ ipso iure quo ad Pontifices, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso a regimine & administratione. Quarta vltra excommunicationem quo ad beneficiatos est priuatio ipso facto illius beneficiij, cuius bona alienauerint, & absq; declaratione vacatio, & sic ipso iure priuati Nau. conf. 4. & 14. de reb. eccl. alie. in nouis. Sed absolutio est episcopalis cum non

fit referuata c. nuper de sent. exco. censuræ tamen statim infliguntur in foro conscientia, in pœna vero priuationis requiritur sententiam etiam quod hic dicitur absq; declaratione, quod intellige non opus esse sententia condemnatoria ad pœnam, sed solum requiritur sententia declaratoria criminis reum incurrisse, & sic requiritur declaratio facti, nam pœna ipso iure inducta non habet locum in foro conscientia ante condemnationem glo. notab. in c. fraternitas 12. q. 2. quam declarant Fel. in c. 1. sub nu. 41. vers. tertius casus, de const. vbi Dec. num. 72. etiam si dicatur absque declaratione Nau. in Man. confess. c. 23. nu. 66. & de dat. & promiss. nu. 41. Molina de iust. disput. 86. Caiet. in D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. Ant. Gabriel lib. 7. commu. opi. concl. 34. Couar. late & not. in epitome 4. lib. Decret. in 2. par. de spons. c. 6. §. 8. sub nu. 10. vbi quod nec ante executionem, vnde isti beneficiati nō tenentur abstinere se a beneficijs, dignitatibus & officijs, nisi præcesserit sententia declaratoria, ita tenuit Doctor P. Marius Andria. in relect. huius Paulina q. 14. Henr. in sum. lib. 13. de excom. c. 56 §. 3. in tex. & glos. q. & vide infra in verbo beneficiorū resignatio, & in verbo Sodomia in fine. Sed vtrumq; sit, ego vidi Breuia a Sacra Penitentiaria in foro conscientia tantum obrenta ab ijs, qui alienarunt saluo assensu Apostolico, & tradiderunt possessionem eo non obtento, vt possint absolui a cœsuris, & dispensari ab irregularitate, ac retinere, & obtinere beneficia, ita vt curent obtineri beneplacitum Apostolicum, aut alienationes rescindi, ac bona ecclesiastica restitui. Alia etiam Breuia vidi expedita in foro exteriori per signaturam S. D. N. & ita consulere pro tutiori præsertim ab obuiandum molestationibus quæ in futurum oriri possent.

50 Alienans autem bona ecclesiastica sine solennitat. & excusatur a pœnis prædictis, Primo ex bona fide quæ in foro conscientia excusatur, dicitur enim in tex. præsumpsit, quod verbum denotat dolum & temeritatem, vt dixi supra sub nu. 9. Nauar. in conf. 19. de reb. eccl. in nouis. Secundo ignorantia facti probabilis excusatur, ab ignorantia iuris in personis non ita peritis. Nau. in d. c. 23. nu. 44. Tertio quædo fuisset erratum in subtilitatib. iuris, non peccauit mortaliter, vel quædo pro alienatione essent aliqua Doctorum opiniones, vel esset ius non clarum, vel dubitabile Fel. in c. 1. nu. 15. de sent. & re iudi. Nau. in conf. 8. de reb. eccl. alien. in antiq. & conf. 2. de præscr. in nouis. & in commen. de alien. rer. eccl. sub nu. 16. vbi dicit quod non peccat mortaliter, qui transgreditur legem humanam male intellectam, sed credens bona fide ita esse intelligendam secundum Inno. receptum in c. per tuas il. 2. de simo. Fel. in loc. præalleg. Quarto excusatur a pœnis huius Paulina reuocatio alienationis, & penitentia ante realem, & pacificam traditionem c. si quis presbyterorū, & ibi glo. in verbo celeriter, de reb. eccl. alien. Ias. in l. fin. nu. 132. C. de iu. emphyt. Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 7. nam reuocatio & restitutio post traditionem nō de excusant a censura, & pœna Nau. in conf. 3. nu. 4. reb. eccl. non alien. in antiq. & 18. in nouis. Quinto apparet iuste causa excusatur alienantē a culpa mortali, licet alienatio esset ipso iure nulla, quia qui bona fide facit aliquid contra legem humanam putans se iustam causam habere id faciendi, nō peccat mortaliter Nauar. in Man. confess. c. 22. nu. 43. & in d. commen. alien. nu. 10. Sexto beneficiatus, qui alienat. iusta de causa rem ecclesie in consulto Papa etiam cum consilio eius requiratur quo ad forum exterius, bona fide faciens conditionem ecclesie meliorem, non peccat quo ad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas præfata Paulina, tum quia non frangit legem per præsumptionem tum quia alienat in casu permisso a iure, tum quia licet non seruet formam alienandi iuris humani, seruat tamen formam iure naturali, & diuino necessariā; que est

est magna consolatio multorum, qui per simplicitatem vel ignorantiam alienat res ecclesie inconulto Papa, in Nauar. ita d. commen. sub num. 17. vbi tenet valere alienationem in foro conscientie, post Abb. in c. 1. nu. 17. de ressi. in integr. i. Fel. in c. 1. num. 39. de constit. i. & hac breuiter, clare, vtiliter, & ordinate dixisse sufficiant de hac materia alienationis rerum ecclesie.

Stephanus Quaranta V. I. D.

K ADDITIO. Prescriptio immemorabilis etiam si omnibus prescriptionibus & consuetudinibus derogaretur, sub tali derogatione non comprehenditur. Masca. de probat. concl. 12. 15. num. 55.

Limita primo nili specialiter ipsa immemorabilis reiiciatur. Roderi. tom. 1. q. regular. q. 9. art. 5. in fine. Secundo limita quando consuetudo vti iniqua aufertur, & reprobetur, quia tunc similiter, & immemorabilis sublata, & reuocata censetur. Couar. cum alijs ab eo citatis lib. 3. var. resolut. c. 13. sub nu. 5. vide Gonfalen. ad 8. reg. cancel. glos. 33. fol. 472. & Alex. Monetam. in tract. de distribu. quotidiana. par. 2. q. 12. nu. 22.

L ADDITIO Aduertendum vero est, quod licet quidam Doctores tenuerint contrarium, vt refert Rebuff. in d. comp. nu. 42 & Redoa q. 46 tamen est intelligendum vt possit quis tuta conscientia retinere rem ecclesia absque solennitatibus alienatam in euidentem eius vtilitatem quousque ecclesia restitutionem petierit. ita Sarmen. notabiliter conciliando Doctores in tract. de rediti. eccles. par. 1. capit. 2. num. 6 & 7.

A M B I T I O .

PRÆTER Summissas sciendum est, Pium Quartum edidisse Constitutionem Romæ publicatam die 5. Octobris 1565. incip. & si Rom. Pont. fol. 849. in Bul. lario.

Contra Nuncios Apostolicos, ne a principibus ad quos mittuntur, debeant mendicare fauores, aut literas commendatitias ad dignitates, & gradus obtinendos, aut fauores ad officia ecclesiastica consequendum per Rom. Pont. conferenda ipsis, vel alijs consanguineis, & necessarijs suis, neue illis etiam vltro sibi per Principes sponte oblatis vti sub maioris excommunicationis lata sententia, ac priuationis ecclesiarum, & beneficiorum penis, & inhabilitatis ad illa, & sufficiunt literæ, vel preces oratorum Principum ad hoc legitime probandum, & omnino conuincendum tenoris sequentis.

*Cogru
it tit.
de sen-
ten. ex
com.
seu. de
conces.
preb.*

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram
rei memoriam.

ET si Romanum Pontificem, quem Dominus omnipotens in persona principis Apostolorum ecclesie militanti sponsæ suæ præficere dignatus est, in eius vniuerso corpore a noxijs, quæ passim in illud irrepunt præseruando plurimum decet esse sollicitum, in hoc tamen eum multo magis inuigilare necesse est, ne per importunum suorum priorum ministrorum qui frequenter ab eius latere ad diuersos orbis principes peregre miti solent ambitum dum videlicet eorum non-

nonnulli inordinato cursu ad dignitates quaslibet anhelant, & ad hoc principum fauores demerendo Pontificiam, & ecclesie pro qua missi fuerunt causam vel impudenter proderere, vel certe remissius agere non verentur, genuinus ille clericalis candor deturpetur, debitus praelatorum pudor inter laicos requiratur, integritatis antiqua persuasio minuatur, & ob illorum fluxam fidem immoderatamque cupiditatem ecclesiasticus ordo scandalose blasphematur. Sane considerantes, quod annis prateritis aliqui quorundam Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, ac etiam nostri, & Apostolicae Sedis Nuncij ad diuersos principes seculares etiam pro ferijs, grauiusque dicta sedis negotijs missi, muneris sui decorisque nimium obliti in detestandam praelaturarum aliorumque ecclesiasticorum, atque adeo Cardinalatus honorum ambitionem collapsi ad illos alia qualibet, quam sanctissima Aaronis via peruenire satagentes, commendatitias super hoc literas, & indebitos fauores ab ipsis principibus emendicare non erubuerunt, & quod eis recto tramite gradiendo non dabatur assensus, & quibus non obsequi difficile fuisset Principum efflagitationibus extorserunt, in suimet qui per ostium non intrarunt animarum periculum, & prauum aliorum exemplum. Nos itaque referatum his artibus aditum huiusmodi, ne ceteris ite pateat diligenter ocludendum esse censentes, habita etiam cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in consistorio nostro secreto matura super hoc deliberatione, ac de illorum consilio & vnanimi assensu hac perpetuo ualitura sanctione vniuersis, & singulis nostris, & quorumuis Romanorum Pontificum successorum nostrorum Nuncijs, alijsque ad quosuis Imperatores, Reges, Reginae, Duces & alios saeculares principes pro tempore ex quauis causa missis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel praeminentiae sint, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia maiori praefulgeat dignitate, in virtute sanctae obedientiae, & sub maioris excommunicationis latae sententiae ac priuationis omnium, & singulorum Cathedralium etiam Metropolitanarum, & aliarum ecclesiarum ac Monasteriorum etiam consistorialium, nec non aliarum dignitatum, etiam maiorum, & principalium personatum, administrationum, & officiorum, ac canonicatum, & praebendarum, ceterorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumuis ordinum regularium, etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum Commendam Administrationem, & alias quomodolibet, ac etiam Romanae curiae & aliorum etiam saecularium cuiuscumque qualitatis etiam quae ex causa onerosa assecuti fuerint, officiorum per eos obtentorum, ac inhabitantis ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obuenenda, nec non infamiae perpetuae per contrafacientes eo ipso incurrendis penis auctoritate Apostolica harum serie districtius inhibemus, ne deinceps similes Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum saecularium commendationes, preces aut alios etiam vocales, aut in scriptis fauores, ad aliquas Pontificias, aut alias dignitates saeculares, vel regulares, aut etiam Cardinalatus, vel alios honores & officia ecclesiastica consequendum, aut sibi vel alijs consanguineis, & necessarijs suis quoquomodo per ipsum Romanum Pontificem conferenda, per se vel alium seu alios directe vel indirecte quomodolibet ambire, seu procurare, neve illis etiam vltro sibi per Principes sponte oblati vti praesumant, vel audeant: eadem auctoritate, & presentium tenore statuentes, quod omnes, & singuli in praemissis delinquentes nulla alia monitione praecedente, & absque processu desuper habendo sententias, & penas praemissas irremissibiliter eo ipso incurrant.

Quod-

Quodque ad illos sententias, & penas huiusmodi damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum sola Principum ipsorum litera vel preces etiam per suos apud Sedem predictam Oratores verbotenus porrecte plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Ac decernentes ita per quoscunque iudices & Commissarios etiam Sancte Romanae Ecclesie, Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere. Nec non ea nunc in ritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ne quis autem inhibitionis, & statuti predictorum ignorantia pretendere valeat, volumus presentes literas in Basilica eiusdem Principis Apostolorum de urbe, & Cancellaria Apostolica valuis per aliquem ex Cursoribus nostris earum exemplum ibi affigendo, & dimittendo publicari, publicationemque & affixionem huiusmodi singulos, & post duos menses immediate sequentes non secus afficere, ligare, & perinde ac stare, ac si litere ipse personaliter illis intimatae fuissent.

Contra proiustos de cathedralibus, & monasterijs, Nunciatoribus dantes, vide constitutionem Greg. XI. relatam infra in verbo electio.

A P O S T A T A .

PRÆTER Caietan. & Summisitas in hoc verbo sciendum est. Constitutionem Pauli IV. contra Apostatas a religione Pium 4. reuocasse, & ad terminos iuris reduxisse, vt in Bullario, fol. 654. incip. Sedis Apostolica. adeo quod hodie attenditur dispositio iuris communis prout habetur in c. pen. & fin. de apost. in c. si de regular. & in c. 2. ne cler. vel monac. in 6. De huiusmodi Apost. item & de legitime a religione expulsis, nouissime & copiose scripsit Eman. Roder. tom. 1. quest. regu. q. 30. per totam. quibus quomodo ex Nauarri sententia sit consulendum, vide ipsum in conf. 75. de regular. in nou. An autem regularis, qui ob timorem iustitie propter aliquod crimen ab eo perpetratum ne capiatur, & puniatur a suo superiore, deserens tamen habitum regularem sed coopertum, alio habitu publice superindutus in cedens sit Apostata censendus? Respondeo, quod cum casus Venetijs accidisset, fuit pro tali diiudicatus, & punitus, referente Thoma Trinisano lib. 2. decis. 19. tū quia deserere habitum regularem est de essentia religionis & gestare illum coopertum, perinde est, ac si non ferret cum non videatur, tum quia predictus timor, cum sit respectu pena benemerita, non dicitur excusabilis, & iustus, quinimmo punibilis. Et an ex sola habitus regularis dimissione, etiam quod non aliter constaret de animo deserendi religionem, apostasia crimen incurratur, videndus est Achil. de Graf. decis. unica, sub tit. de apostatis.

APOSTOLORVM LIMINA.

TENENTVR episcopi visitare limina Apostolorum c. iuxta. 93. distin. cap. ego. de iure iur. habetur in Pont. Rom. de forma iuramenti electi in episcopu, & de Pallio. & statuit Sanctus Greg. magnus vt legitur in Breviario Rom. die 12. Martij. Sixtus V. constitutionem edidit de visitandis liminibus Apostolorum publicatam Romæ die 20. Decembris 1585. incip. Romanus Pontifex, & infra. fol. 45.

Cōgru-
it rit.
de iure
iuran.
sex de
maio.
& obe-
dien.

Hac

Hac perpetua Constitutione sancimus, decernimus, & mandamus ut omnes Patriarcha, Primates, Archiepiscopi, episcopi per vniuersum orbem terrarum constituti a nobis deinceps ordinandi, etiam si Cardinalatus honore praesulgeant, antequam munus consecrationis suscipiant seu eis consecratis Pallium de B. Petri corpore sumptum tradatur, aut si ad aliam ecclesiam transferatur, antequam illius regimini, & administrationi se immisceant, si quidem praesentes in curia fuerint in manibus S. R. E. Diaconi Cardinalis ordine prioris si vero absentes in manibus Antistitis qui ad impendendum manus praedictum, aut ad tradendum Pallium huiusmodi a Sede Apostolica delegabitur, iurent iuxta formulam in libro Cancellariae Apostolicae Quinterno Appellato, nuper descriptum, se Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina statutis in hac nostra Constitutione temporibus persona liter ac per seipso visitaturos, ac nobis, & successoribus nostris pro tempore existentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorum pastoralis officio deque rebus omnibus ad ipsarum quibus praesunt ecclesiarum statum, ad cleri & populi disciplinam, animarum denique quae illorum fidei credita sunt salutem, quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recepturos, & quam diligentissime exequenturos.

Quod si legitimo impedimento detenti fuerint iurent se praedicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad illa speciale mandatum habentem de gremio suorum Capitulum, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu alias personarum habentem, aut si huiusmodi hominem ecclesiastica dignitate, & personatu praeditum non habeant per diocesannum sacerdotem, & si clero careant omnino per aliquem alium presbyterum saecularem, vel regularem spectata probitate, & religionis de supra praedictis omnibus plene instructum. De huiusmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes ad dictum primum Diaconum Cardinalem per supra praedictum nuncium transmittendas.

Quin etiam principes temporales, si quid pro eorum pietate, & erga hanc Apostolicam Sedem obseruantia Rom. Pont. voluerint significare, eosdem siue episcopos siue alios qui ab eis mittentur fidos habebunt nuncios, ac relatores, quorum opera ab eadem sede pro illorum dominis Ditionibus, & rebus firmandis ac stabilendis, & cum Dei & Sanctae Religionis causa sine qua tuto consistere haud possint coniungendis opportuna sincera charitatis officia, consilia, atque subsidia expectare certo poterunt.

Ad hoc autem debitum visitationis officium commodè explendum supra praedicti omnes Patriarcha, Primates, Archiepiscopi & Episcopi Itali videlicet, vel ex Italicis insulis, vnde in Italiam commodius traici potest, veluti Siculi Sardi, Corsi, & alij adiacentium Prouinciarum Italiae ac etiam Dalmatiae, & Graecarum, quae e regione ipsis Italiae & Siciliae oris sunt tertio anno Germani vero Galli, Hispani, Belgae Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Iberni, & ceteri omnes qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticum, ac omnium Insularum Maris Mediterranei quarto anno, & qui intra Europa fines sunt his prouincijs remotiores; ac etiam Africani littoribus nostris aduersi, ac insularum Maris Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europae, & Africae citra continentem noui orbis tam qui nunc sunt quam qui ad Catholicam fidem per misericordiam Dei aliquando redierint V. anno. Asiatici vero & qui extra Asiam, & in alijs nouis terris Orientalibus Meridionalibus Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in insulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet, Mundi partibus decimo anno iter suscipiant, & Deo concedente perficiant, idemque institutum tertio quoque quinto & decimo anno repetant & obseruent.

uent. Hac autem annorum spacia a tempore suscepti muneris consecrationis, vel palij traditionis, aut translationis vt presertur incipiant. Quæ ne longius differatur, Volumus quod tempus qualecumque excursum alicui ex supradictis presulibus qui siue morte præuentus siue alia quacumq; de causa ob non finitum tempus ei præscriptum dicta limina non visitauerit, ita illiut successori effluxisse, & excurrisse, intelligatur vt termino ipso iuxta prædecessoris sui insiurandum completo, debitam tunc visitationem quam primum conficere teneatur.

Hi vero ex supradictis Antistitibus qui hætenus ab hac Sancta sede ordinati sunt, aut dictum palium ab ea susceperunt, aut ad aliam ecclesiam translati sunt prout cuique distantia locorum, & temporum interualla prescripta sunt ad supradicta omnia obseruanda a die publicationis presentis Constitutionis omnino teneantur.

Iubemus igitur in virtute sanctæ obedientiæ supradictis omnibus antistitib. præsentibus & futuris, vt visitationem prædictam sibi suisque ecclesiis adeo vtilem ac necessariam iuxta præscriptam formulam omnino conficiant. Si vero quod absit, non egerint, eos ab ingressu ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium quam temporalium, nec non a perceptione fructuum suarum ecclesiarum, a capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante interim iübere exigendorum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum ecclesiæ emptionem prout maior exegerit necessitas insumendorum ipso facto tãdiu suspensos esse volumus donec a contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi a sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus, &c.

ARCHIEPISCOPI AVCTORITAS.

- 1 Archiepiscopus in quo differat ab Episcopo.
- 2 Iurisdictio Archiepiscopi varijs nominibus in iure exprimitur.
- 3 Archiepiscopi auctoritas olim in electione, confirmatione, & consecratione Episcoporum, & exactione iuramenti.
- 4 Ad consecrationem Metropolitanæ, & suffraganeæ comprovinciales Episcopi accedere tenentur.
- 5 Suffraganeus non consecratus a Metropolitano quid prima vice facere debeat.
- 6 Archiepiscopus est pater & Episcopus animarum, suffraganeorum, & de dilectione, obedientia, & reuerentia erga eum.
- 7 Episcopus extra suam diæcesim quem possit sibi eligere confessarium.
- 8 Archiepiscopus potest proferre censuras contra Episcopum.
- 9 Episcopus coadiutor quænam possit exercere.
- 10 Archiepiscopus an sit iudex ordinarius suffraganeorum.
- 11 Vicarij suffraganeorum an subsint immediate Archiepiscopo.
- 12 In casibus tantum in iure expressis Archiepiscopus habet iurisditionem.

Archiepiscopi auctoritas. Præter Summistas in hoc verbo sciendum est Greg. XIII. crexisse Ecclesiam Bononien. in Metropolim, & Archiepiscopatu f. 1220. in Bullar. incip.

Cõgru-
it ri. de
præb.
& di-
gnita-
tibus.

Gre-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam
rei memoriam.

VNiuerſi orbis eccleſijs, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obe-
diunt, mentis licet imparibus præſidetes, in omnes agri Dominici partes ocu-
los noſtræ mentis vigilis more patris intendimus, inſpicientes, quid eccleſia-
rum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium ſtatui, & decori maxime con-
ueniat, atque hæc quidem tanto liberalius propenſiusque curandum cenſemus,
quanto magis ciuitatum celebritas, ac ciuium, & populorum ſuorum vota id ex-
poſcunt, ac diuino ſulti præſidio illius, qui euacta ex ſua benignitate ad fidelis
populi ſui ſalutem diſponit, ad ea quæ ad dignitatem, & ſtatum Eccleſiarum
huiusmodi augendum pertinet, officij noſtri partes libenter conuertimus, prout
cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque eccleſia Bononiensis
Sedi Apoſtolice immediate ſubiecta, cui dilectus filius noſter Gabriel tit. S. Mar-
tini in montibus, Presbyter cardinalis Paleotus ex diſpenſatione Apoſtolica præ-
eſt, & quæ in primis Sancti Petronij epiſcopi, & Protectoris Bononiæ interceſſio-
nibus, & meritis, omni quidem tempore diuinæ pietatis abundantia magnis mul-
tiſque ornamentis exulta, non modo d. æcelis magnitudine ſatis in omnem par-
tem patens, ſed cleri, populi que pietate, dignitate, & amplitudine florens, epiſco-
porum quoque ordine ſurcedentium, quos, item multos ab initio fere naſcentis
religionis, ſeruientibus adhuc infidelium perſecutionibus, fidei defenſores, & in
ſanctorum conſortio adſcriptos habet, numero aſfluens, ſacrarum præterea reli-
quiarum copia abundans, religioſiſſimis quoque templis, Baſilicis, Monafterijs,
locis pijs, & alijs quæ ad omnem eiſdem cleri, populi que Bononiensis laudem
inſignia ſunt, pietatis chriſtiane monimentis ornata, valde per ſe ipſa elucet,
Cumque ciuitas ipſa iam inde uſque a Theodoſio Imper. ampliffimis illuſtrata
priuilegijs, & a diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad Re-
gum congreſſus, Imperatoris coronationem, Concilij Oecumenici trãſlationem,
aliasque maximas res gerendas delecta, eiſque Apoſtolice Sedis primogenita,
& ſtudiorum mater ab omnibus merito nuncupata, nobiliſſimo Gymnaſio, Do-
ctorumque, & Scholiarum ex omnibus orbis Chriſtiani partibus illuc conflu-
entium frequentia, chariſſimo Quadragenta virum Senatu, & Magiſtraibus deco-
rata; aliorum item illuſtrium virorum, apud quos, & vera Religionis cultus, &
ſumma in Rom. Pont. ipſamque Sedem obſeruantia, & ſtudium ſemper enituit,
copia quidem inſignis, quippe quæ in omnib. ſchiſmatibus partes veri Pontifi-
cis perpetuo ſullinuerit, & viros dignitatibus Eccleſiaſticis claros, Epiſcopos,
Cardinales, Pontificesque de Eccleſia Dei optime meritos ſepentimero tulerit,
ædificiorum item magnificentia, opibus, fertilitate, populi magnitudine, egregia
hospitalitate, ac præcipua erga omnes beneuolentia, & charitate, omni que alia
virtute illuſtris, & ſit, & habeatur; Nos aliorum Romanorum Pontificum, præ-
deceſſorum noſtrorum qui eodem honore patriam ſuam condecorarunt, morem
exemplumque ſecuti, & eiſdem etiam Cardinalis, epiſcopique Bononiensis, cu-
iſ non ignota eſt cura, & ſollicitudo in gloria Dei, ſaluteque animarum procu-
randa pio ſtudio adducti, & patriæ ipſius noſtræ Bononiensis quam vnice in
Chriſto diligimus, ſingularibus erga hanc Sedem meritis commou, pater noque
deſiderio, & ea ſpe, qua tenemur, id fore, vt patria ipſa Bonien. hoc ſingulari be-
neſicio

neficio nostro excitata, sese in dies ad bene agendū magis magisque cōforter, ac-
 cēsi nec non ecclesiæ ipsius, quā totis in Christo visceribus complectimur meri-
 tis permoti ad illam meritis honoribus augendam, & promotendam adducti,
 pijs quoque supplicationibus dilectorum filiorum eiusdem Ciuitatis Quadragin-
 ta vīrum, aliorumque Magistratum excitati, post habitam cum venerabilibus fra-
 tribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus maturam deliberationem
 de illorum consilio, atque Apostolicæ potestatis plenitudine, ad laudem, gloriā,
 & honorem omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ semper virginis, & Sanctorum
 Apostolorum Petri, & Pauli, eiusdemque, S. Petronii, episcopi, & Patroni Bononien-
 sem in Metropolitanam ecclesiā, & Sedē episcopale Bononiensem in Archiepi-
 scopalem Archiepiscopalisque, & Metropolitanam prefidis sedem, & prouincia cap-
 put pro illius Archiepiscopo pro tempore existēti, qui palij, & crucis vsum alio-
 rum Archiepiscoporum more habeat, omnibusque alijs insignibus Archiepisco-
 palibus, nec non priuilegijs, honoribus, & prerogatiuis alijs Archiepiscopis debi-
 tis, & concessis, gaudeat, tenore presentium perpetuo erigimus, & institimus, ac
 nomine, titulo, & honore Archiepiscopali, & Metropolitanam decoramus. Nec
 non Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ecclesias
 earumque omnium & singulorum ciuitates, & Dioceses cum omnibus, & singu-
 lis earum Territorijs, & terminis, ac dilectos filios Clerum, & Populum vniuer-
 sum cum suis collegiatis, Parrochialibus, & alijs ecclesijs, nec non Monasterijs v-
 triusque sexus, ceterisque beneficijs, & officijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura,
 secularibus, & quorumvis ordinum regularibus, nec non hospitalibus, domi-
 bus, collegijs, & locis religiosis quibuscunque ab eiusdem sedis Apostolicæ im-
 mediate, siue alterius cuiuscunque, etiam Metropolitanam subiectione etiam perpetuo
 diuidimus, & separamus, illasque & earum Dioceses, ac Ciuitates post hac in pro-
 uincia Bononiensi esse, & consistere, neque in alia prouincia censendas, & nume-
 rādas esse decernimus, & declaramus & quatenus alteri prouincia Archiepiscopo
 nē, etiā Mediolanensi, & Rauennatēsi, a antiquo iure, cōsuetudine, priuilegio,
 vel alterius Metropolis erectione siue institutione, quā iure electionis ex sacri Cō-
 ciliū Tridentini decreto factę vel alia quauis ratione, & causa antea adiunctę su-
 biectione que in toto, aut in parte essent, vel censerentur, siue in illis possessione vel
 quasi se esse pretenderent, ab omni illius siue alterius Prouincię vel Archiepisco-
 pi, etiam Mediolanensis, & Rauennatensis, aut illorum Capitulorum iure Me-
 tropolitico, correctione, visitatione, subiectione, & omni quacunque alia iuris-
 dictione, obedientia, & superioritate, si qua forsan quauis occasione illis compe-
 teret, siue competat, similiter perpetuo eximimus, & liberamus, nec non diocę Bo-
 noniensi ecclesię predictas Placen. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien.
 & Cremen. Ciuitates, & Dioceses pro sua Metropolitanam prouincia, ac Placentin.
 Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ecclesias prefatas,
 modernosque & pro tempore existentes illarum singularum presules pro suis,
 & pro tempore existentis Archiepiscopi Bononiensis suffraganeis, qui nec non ea-
 rum singularum Capitula, etiam quocunque priuilegio suffulta, tanquam mem-
 bra capiti eidem Archiepiscopo Bononiensi iure metropolitico subsint, sibi que
 obedientiam, & reuerentiam, tanquam proprio metropolitano prorsus exhibeāt
 patiter perpetuo subiicimus eidęque Archiepiscopo Bononiensi predictos suos
 suffraganeos consecrandi, ad prouinciales synodos euocandi, ac cum eius etiam
 ecclesiastica negotia terminandi, eorum ecclesias disponendi, & causas quarum-
 cunque

cumque appellationum, siue querelas alias iuxta factorum canonum statuta cognoscendi omniaque alia, & singula, quæ de iure vel consuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & debent, gerendi & exercendi plenam, & omnimodam concedimus facultatem. Prouinciæ quoque Bononiensi clerum, & populum vniuersum, pro eorundem ecclesiæ, & Archiepiscopi Bononiensis prouincialibus similiter perpetuo concedimus, & assignamus: Decernentes ex nunc in ritum, & inane, si secus super his a quoquam, quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus regula nostra de iure quæsito non tollendo, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Placentin. Parmen. Mutinen. Regien. Ceruien. Imolen. & Cremen. ac Rauennaten. & Mediolanen. ecclesiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eidem ecclesijs, illarumque præsulibus, & administratoribus, ac Capitalis, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de simili Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, & de simili concilio, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & inno uatis, Quibus omnibus &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1582. quarto idus Decembris Pontificatus nostri anno vndecimo.

Similem erectionem fecit Pius secundus de ecclesia Senensi sua patria vt in Bullario fol. 74.

Nota hic aliquas Archiepiscopi auctoritates, & quoniam hodie Archiepiscopi non possunt exercere omnia, quæ eis competebant per anteriores canones, cum in quibusdã eorum iurisdictione sit limitata, vt Ego Stephanus Quarata dixi in tractatu meo impresso Neap. in anno 1586. de præstantia Archiepiscopi, & eius auctoritate in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota prouincia, qui cum non facile reperiat opportunity huius Constitutionis hic inferendum esse censui, recognoscendo, & addendo, & dicimus, quod ꝑ quamuis respectu ordinis in substantia, id est respectu characteris nihil plus habeat Archiepiscopus quam Episcopus, tamen respectu executionis & exercitij maiorem sollicitudinem habet Archiepiscopus. Card. Zabar. in Clem. Archiepiscopo. num. 7. de priuil. (ad dicta per eum vide notab. glo. in c. quia periculosum in verbo de Episcopis. de sent. excomm. in 6. & in extrauag. Ioan. 22. ne Sede vac. in verbo coepiscoporum, Sot. in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 4. ideo in vniuersali dispositione facta de Episcopo comprehenditur Archiepiscopus. Imo, in clem. si de beneficio nu. 9. de præb.) & præcellit ceteros Episcopos honore. Gemin. in c. per singulas el. 2. q. 3. & est persona magis 2 priuilegiata c. seruatis, &c. igitur. 25. q. 2. cuius præstantia ꝑ aliquando appellatur auctoritas Metropolitana c. sollicitudinem, de app. c. de his 12. dist. c. fin. 51. dist. & auctoritas accipitur hic pro iurisdictione gl. Io. Paul. Lanc. in prog. Iustic. cano. in prin. in verbo auctoritate. Alibi dicitur metropolitanicū ius c. cum a nobis, de arbitr. & in auth. de ecclesia. tit. in prin. & Archiepiscopalis dignitas c. fin. de purg. cano. hinc dicitur in extrauag. cōmuni incip. Saluator, de præb. quod Metropolitana Ecclesia est grãdioris honoris tit. suffraganea, q̄ est sub iurisdictione, potestate, & subiectione Archiepiscopi, Capituli, & Ecclesiæ Metropolitanæ. Paul. de offi. & potest. Cap. par. 2. q. 6. sub nu. 6. facit tex. in c. super eo, de centi. quod prouincia

uincia est ad iurisdictionem Metropolitanae Ecclesie, & nota ex d. extrava. quod Metropolitanus, & Archiepiscopus idem sunt. c. pastoralis in princ. de off. ord. Imola, Zab. & Vital. in d. cle. Archiepiscopo, Lancel. Corrad. in templo omni. in di. lib. 2. c. 4. sunt tamen aliqui Archiepiscopi, qui non sunt Metropolitani, inter alios est Rosanen. & Lancianen. qui nullum habet suffraganeum. Ad ostendendum igitur quanta sit auctoritas Metropolitanus in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota prouincia dicta sacrorum Canonum, & Doctorum in hac materia scribam in unum redigere curabo, referendo singulas auctoritates, & in quibus hodie reperitur limitata, ac incipiendo a personis suffraganeorum.

3 Prima auctoritas erat, vt electum in Episcopum Archiepiscopus confirmabat c. 1. 64. dist. c. innotuit, & c. cum dilectus. de electio. c. inter corporalia. de transl. episc. qua fronte. de appell.

Secunda auctoritas erat, quod electione non celebrata infra tres menses iusto tamen impedimento cessante ab ijs qui eligere debuerant, eligendi potestate ea vice carebant, & deuoluebatur ad Archiepiscopum superiorem proximam c. ne pro defectu, de electio. c. quamquam, de electio. in 6. sed antea deuoluebatur ad Papam c. dilectus, de concess. praben. vbi Inno. 3. cassauit quandam electionem factam ab Archiepiscopo Sanctae Seuerinae, sed postea idem Inno. in d. cap. ne pro defectu aliter generaliter decreuit.

Tertia auctoritas erat, quia quando duo contentiose in suffraganeam ecclesiam eligebantur, & hinc inde erant equalia omnia, poterat Archiepiscopus gratificari cui volebat. c. si. 63. dist. vide Hostien. in sum. de off. ordi. sub nu. 7. ver. custos, sed hac Archiepiscopi exercebant quando seruabatur Scrutinium Serotinum, quo Antiqui utebantur antequam electus in episcopum consecraretur de quo in Pontificali Romano in fin. de quibus episcopus ordinandus a Metropolitano interrogabatur habetur in c. omnes. 38. dist. & quoniam ecclesiarum Cathedralium, siue Metropolitanarum, ac Patriarchalium prouisiones, seu electionum ad illas confirmationes ad Sedem Apostolicam hodie pleno iure pertinent, & ab eadem ecclesijs pastore viduatis, vel de nouo prouidetur, vel electiones ab illis, quibus ex priuilegio licet canonicè celebrata confirmantur, vt legitur in d. Pontific. par. 1. in rub. de consecratione electi in episcopum fol. 22. extant de hoc regulae Cancellariae Apostolicae in prin. vbi Summus Pontifex sibi reseruat generaliter omnes ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, superfluum est hodie de his disputare dicit Vgonius in tract. de concilijs in praludijs c. 7. in fin. adeo quod prouisio facta a Papa habet vim electionis, & confirmationis Abb. in c. cum olim, de ea. pos. & pro. post glo. in c. 1. de electio. in 6. Felix in c. eam, de re script. Henri. Bot. de Syno. par. 1. nu. 33. de quorum examine habendo circa eorum qualitates vide Conc. Trid. sess. 24. de refor. gene. cap. 1. & sess. 22. c. 2. extat constitutio Greg. xiiij. de forma faciendi processus, & inquisitiones ex prescripto Conc. Trid. super promouendis ad regimina ecclesiarum Cathedralium, & aliarum superiorum, seu monasteriorum, atque ad ceteras dignitates, de quibus in Consistorio prouidetur. Dat. Romae Idib. Maij 1591. incip. Onus Apostolicae seruitutis. Consecratio vero episcoporum si extra Romanam curiam fiat in ecclesia ad quam promoti fuerint, aut in prouincia si commode fieri poterit celebretur ex decreto Conc. Trid. sess. 24. de refor. gener. c. 2.

Quarta auctoritas erat, nam confirmato electo in episcopum Archiepiscopus in consecratione sui suffraganei interuenire debebat, vel eam committere, nec alij episcopi sine eius mandato consecrare debebant, vt habetur

D tur

tur 64. & 65. dist. per totum c. qui in aliquo 51. dist. c. suffraganeis. de elect. c. si Archiepiscopus. cum seq. de temp. ord. cap. inter corporalia. de transf. episco. c. quod sedem de offic. ord. glo. in c. per lectis in verbo iurgia 26. dist. Et cognoscens episcopum consecrandum esse indignum Metropolitano poterat denunciare. cap. 7. de Scrit. in ordi. facien. Hodie Metropolitani hac auctoritate non vtuntur. quia promissio fit a Papa. & cessat ista auctoritas. quando quis est ordinatus a Papa. vel de eius mandato c. nunc vero 9. q. 3. & episcopum a Papa promotum inferiores non consecrant sine licentia Summi Pontificis. quæ datur in ipsis literis promotionis. vt a quocunq; catholico episcopo consecretur. Fely. in c. per tuas. sub nu. 2. de maio & obed. & tunc in mandato promotionis vidi apponi clausulam absque præiudicio Metropolitani. & quando consecratur extra Romanam Curiam fit etiam præiudicia scientia ordinarij loci. arg. c. ex tuarum. de autho. & vsu pal.

Quinta auctoritas erat. quia Metropolitanus a suffraganeo exigebat iuramentum. non tamen ultra formam statutam a Canone c. dilecti. de maio. & obedi. & ibi Abb.

- 4 Sexto ¶ ad consecrationem Metropolitani debent episcopi Comprovinciales venire c. qui in aliquo. in fin. 51. dist. & 66 dist. & c. si Archiepiscopus. cum seq. de temp. ordin.

Septima auctoritas est. nam vocati ab Archiepiscopo pro consecratione alterius suffraganei tenentur accedere c. non debet. cum seq. 65. dist. d. c. si Archiepiscopus. Card. Alex. in c. si episcopus 18. dist. & vbi vult Metropolitanus. ibi consecrari debet d. c. qui in aliquo. expensis tamen consecrandi.

- 5 Octauum Metropolitanum ius est. ¶ episcopus. qui in Metropolitana Ciuitate non fuerit ordinatus infra duos. seu tres menses proprij Metropolitanij sui presentiam visurus accedere tenetur vel impeditus scribere. vt ab eo monitis ecclesiasticis instructus plenius quid obseruare debeat. recognoscat. c. cum longe 63. dist. & c. si quis 65. dist.

- 6 Nonum Metropolitanum ius est. quia ¶ Archiepiscopus est pater. & episcopus animarum suffraganeorum. ita scripsit Innoc. iij. Arelaten. ecclesie suffraganeis vt legitur in primo tomo Decretalium. & aliarum eius epistolarum Romæ impresso de anno 1543. fol. 228. quarum literarum tenor est hic duximus inserendum. videlicet. *Cum secundum doctrinam Evangelicam que cunque vultis vt faciant vobis homines. & uos eis eadem facere debetis. eam reuerentiam vos conuenit prestare pralatis. quam vobis vultis a subditis exhiberi. sane cum venerabilis frater noster N. Arelaten. Archiepiscopus Metropolitanus vester illis studijs. & meritis adiuuetur. vt commendationibus non indigeat aliorum. fraternitati vestra duximus auctoritate presentium iniungendum per Apostolica scripta precipiendo mandantes. quatenus ei tanquam patri. & episcopo animarum vestrarum deuote studeatis. & humiliter obedire. ad uocationem ipsius. nisi euidentis necessitas contradicat. secundum traditionem canonicam sine difficultate qualibet accedentes. Dat. Lateran. 4. Decemb.*

Idem Innocen. scribens N. Lexouien. episcopo suffraganeo Rothomagen. Archiepiscopi fol. 108. inter alia scribit hæc verba. videlicet. *Ad hæc ne propter hoc tu videaris ab ipsius subiectione substractus. volumus. vt sibi tanquam Metropolitano tuo debitam obedientiam exhibeas cum honore. ipse vero (sicut ratio mutue charitatis exposcit) tibi ut fratri. & coepiscopo suo paternam benignitatem. ac dilectionem impendat.*

Idem

Idem Innoc. scribens suffraganeis Acherſitinae eccleſia: fol. 367. inter alia ſcribit hæc verba, videlicet. *Fraternitati veſtra per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad eum ſicut patrem, & pastorem veſtrum pium geratis deuotionis reſpectum.*

Notatur ex modo relatis quod Archiepiſcopus paſtorales habet auctoritatem ſuper epiſcopum ſuffraganeum c. 1. 34. diſt. Gemin. in c. 1. de ſupplen. negli. prælat. in 6. col. 4. in ſin. Ex proxime dictis inferitur, quod ſuffraganei ſuo Metropolitano obedientiam, & reuerentiam præſtare debent capit. ad ſupplicationem. de renunc. gloſ. in cap. antiqua. in verbo, obedientia, de priuileg. & in literis Apoſtolicis quæ diriguntur ſuffraganeis inter alia hæc habentur, videlicet. *Mandantes quatenus eidem Archiepiſcopo tanquam membrum capiti obſequētes exhibeatis ei obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas.*

Et ſuffraganei partem ſui Metropolitanæ fauere debent quo ad ea, quæ ſpectant ad honorem ipſius. gl. in cap. cum in iuuentute, in verbo, tunc purgarent, de purg. cano. debitum ergo honorem debent ſuffraganei exhibere Metropolitanæ, & eum diligere, & reuereri, ac meminiffe ſe eſſe ſub Metropolitanæ c. quia per ambitiones, ubi gl. in verbo meminiffi. 64. diſt. c. per ſingulas ubi gl. in verbo cognoſcere 9. q. 3. Sollicitudo namque totius Prouinciæ Archiepiſcopo cõmiſſa eſt c. clericos 21. diſt. & d. c. per ſingulas, c. 1. de auct. & uſu pal. & per ſingulas prouincias oportet epiſcopos cognoſcere Metropolitanæ ſuum, qui eis præeſt d. c. per ſingulas, il primo, & 2. c. 1. de off. leg. & ei tanquã maiori obedire. gl. in c. ſi epiſcopus. in verbo, perceptione 18. diſt. dummodo mandatum ſit ſecundũ Canones c. dilectus, de temp. ord. facit tex. in c. dilecti filij, de maior. & obediē. glo. in c. ad aures. d. titulo de temp. ordin. & c. ne Dei eccleſiam, de ſimon. in c. ſane de exceſſ. prælat. & in c. ex tenore, de ſen. excom. Item qui ſcit ſe quibusdam eſſe Præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum ſed obedientiam, quam exegerit, etiam ipſe dependat, & ſicut non vult grauis oneris ſarcinas ferre, ita non audeat aliis importabile pondus imponere; verba ſunt hæc Leonis Pape relata a Gratiano in c. qui ſcit. 2. q. 6. ubi glo. in fert ad epiſcopos, qui non debent egre ferre appellationes ab eis interpoſitas, facit tex. in c. quorundam. 74. diſt. d. c. dilecti filij, de maior. & obed. c. prohibemus. de cenſi.

Reuerentiæ cauſa fuit decretum, quod præſente ſeu adueniente ſuo Metropolitanæ ceſſet Epiſcopus a Benedictionibus priuatis, vt habetur in Ceremoniali epiſc. nuper edito c. 4.

Hinc deducitur ſecundum Hoſtien. in ſum. de pæni. & remi. nu. 18. in ſi. ſub nu. 20. quod ab Archiepiſcopo de anima epiſcopi ratio exigetur, & quod ei tenetur confiteri ſubdens nec iſtud prohiberi per c. ſin. de pæni. & remiſſ. Abb. in c. cum inferior, de maio. & obe. idem tenet habere locum d. c. ſi. in exemptis tantũ, ſed contrarium tenet in d. cap. ſin. & Pe. de Palu. vt refert Sylue. in verbo confefſor. 1. q. 8. num. 3. quod epiſcopus etiam non exemptus poteſt ſibi eligere confefſarium, & intellige non ſolum in ſua diœceſi, ſed etiam extra, dummodo confefſarius ſit approbatus ab ordinario per declarationem Concil. Trid. ſeſſ. 23. a capit. 15. a

Decimum Metropolitanum ius eſt, quia Archiepiſcopus poteſt iniungere epiſcopis ſuis, vt per ſuas diœceſes ſeruetur, quod ſeruetur per Metropolitanum ipſum in ſua Diœceſi c. dilectus, cl. ſecundo, de ſimon. dicam. infra 23. aucto.

Vndecimum ius eſt. Nam abſentia epiſcopi probanda eſt a Metropolitanæ

no, a quo in scriptis approbanda est Conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 3. & sess. 21. c. 1. de refor.

Duodecimum ius est, quod absque legitima causa, eo non residente Archiepiscopus potest applicare fructus fabricæ ecclesiæ, aut pauperibus loci, & crescente contumacia denunciare Summo Rom. Pontifici iuxta prædicta Decreta Conc. Trid. & Constitut. Pij iij. de anno 1560. pridie non. Septemb. incip. De salute gregis.

- § Decimatertia auctoritas est, quod † Archiepiscopus potest episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare c. 1. §. fin. de offi. ord. in 6. c. venerabili, vbi Abb. de sent. exco. glo. in c. fi. 12. distin. Hostien. in c. graue, col. 3. de præb. & in c. 2. de offi. vica. in 6. Abb. in c. non potest nu. 8. de sen. & re iu. & in c. postulatio nu. 11. de cleri. exco. minif. Gemi. in c. vt litigantes nu. 4. de off. ordi. in c. 2. §. fin. de fo. comp. in 6. Deci. in c. 1. de iudi. nu. 29. in 2. lect. Syno. Vgo. in præludij ca. 9. fol. 10. col. 2. Lancel. Corrad. in templo om. iudi lib. 2. ca. 4. sub nu. 18. Boet. de Syno. par. 1. nu. 45. 46. & 47. vbi tenet quod episcopus omittens congregare Synodum est suspendendus ab executione officij, & poterit suspendi per Archiepiscopum cui subest. Eo excommunicato iurisdicção non deuoluitur ad Archiepiscopum c. 1. de sup. negli. præl. in 6. & tunc cessat iurisdicção Vicarij, & eius officialis, & si de facto audit causas, potest eum suspendere, & excommunicare Hostien. in c. 1. de off. vica. in procedendo tamen contra episcopos seruanda est dispositio c. 2. de off. deleg. in 6. & sicut eo excommunicato non deuoluitur iurisdicção ad Archiepiscopum, ita vt nec etiam si propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non possit adeo quod non coadiutorem dare possit cap. ex parte de cleri. egro. cum hoc spectet ad Papam c. vnico. eo. ut. in 6. Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de refor. generali † de facultate quam habent episcopi coadiutores cum futura successione, & quam exercere possint ultra doc. in locis præallegatis, & Oldrad. conf. 44. ac Nau. in conf. 2. de cleri. ægrot. extant declarationes sacre Cõgregationis super sacris ritibus. b

Decima quarta auctoritas est, Quod si episcopus est negligens in eo quod facere debet, Archiepiscopus potest ipsam compellere Abb. in repetitione c. si quis contra clericum, num. 7. & nu. 40. de foro comper. & in cap. pastoralis in princ. de off. ordi. in c. auaritiæ. de præben. in cap. cum Bertoldus, de re iud. nu. 1. & potest in eum exaggerare pœnas Feli. in d. c. pastoralis nu. 6. Si autem episcopus non vult facere, an supplebit Archiepiscopus, dicam infra. Ideoque Archiepiscopus cogere debet episcopum negligentem in erectione Seminarij, eiusq; cõseruatione si suam portionem soluere detractauerit ex decreto Sacri Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 18.

Decima quinta auctoritas est, nam Archiepiscopus vocans episcopos ad concilium prouinciale tenentur accedere, de quo infra verbo concilium prouinciale.

- 10 Decima sexta auctoritas est, † nam Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium episcoporum suæ prouinciæ. cap. quia cognouimus 10. q. 3. cap. pastoralis in prin. vbi Abb. num. 2. de offi. ord. cap. sollicitudinem, de appel. gl. in c. Metropolitani. 2. q. 7. & in c. sicut vnire, in verbo attetare, de excess. prælat. & in athen. clericus, in verbo episcopalis C. de sacros. eccles. Abb. in c. excommunicato, sub numer. 13. de rescrip. in cap. suffraganeis, num. 1. de elec. in cap. non potest sub nu. 8. de re iudi. in c. nullus num. 2. de iure patro. in cap. dilectis, num. 7. de appel. in cap. postulatio, num. 11. de cleri. exco. ministran. & in cap. antiqua, de cleri. exco. ministran. & in c. antiqua, de priuileg. Gemi. in cap. venerabilibus

in

in princ. nu. 4. de sen. exco. in 6. per illum tex. & in c. clericos 21. dist. vbi etiam dicit, quod episcopi immediate sunt subiecti Metropolitano. Car. Zaba. in cle. abusionibus sub nn. 8. de pœn. & remiss. Gemi. & Franc. in c. vt litigantes, de off. ordi. in 6. Roma. conf. 121. nu. 3. Feli. in c. cum inferior, de maio. & obedi. Bott. de syno. par. 4. arti. 2. nu. 28. & 29. est enim episcopus suus, & idem Metropolitana lege subiectus d. c. pastoralis in prin. facit tex. in c. dilectus filius, el secundo, de simo. ibi episcopis tuis, & c. i. 34. dist. & est de clero Metropolitanus c. miratus, & ibi glo. 93. dist. Botte. de syno. par. 3. ar. 2. sub nu. 27 qui est eorum superior clem. 1. & ibi gl. in verbo superiores, de excels. prela. gl. in c. quia periculosum, de sen. excom. in sexto, & in c. cum Apostolus in verbo rationabilibus, de censi. & dicuntur suffraganei a suffragando, quia suffragantur sibi in officio episcopali Abb. in d. c. suffraganeis, & c. quod sedem, de electio. Ex quibus inferitur quod si episcopus manus iniect in clericum, & est senex vel debilis, vel impeditus, poterit absolui per Metropolitanum qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulum ipsius Specul. in tit. de diuersis senten. for. ver. quid si ipse episcopus. Bertachi. tract. de episcopo in præludis nu. 13. & qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa ciuili, & potest conueniri etiam per eius subditum absque petitione veniæ Abb. in c. legebatur, sub nu. 3. de maio. & obe. Alberi. Oliua super ritu 11. cur Archiep. Neap. & quid in criminibus. vide Abb. in d. capitu. pastoralis, in princip. & in ca. 2. de appella. & quid si de crimine agatur ciuilitè Abb. in d. c. non potest nu. 8. & in causa ciuili non solum procedit si conueniretur a cione personali, sed etiam si reali, vel ratione rei sita in eius diocesi, vel provincia Abb. in c. sane nu. 5. de for. comp. cuius dictis adde Gemi. & Fran. in d. c. vt litigantes, & Lancel. Conrad. in d. templo omi. iudi. lib. 2. c. 4. nu. 17. 18. & 19. & Iacob. Sbrozzius in tract. de off. Vica. lib. 2. q. 58. in causis vero criminalibus vide decretum Conc. Trid. sess. 24. de refor. generalis c. 5. & sess. 13. c. 6. & 7. Non desunt tamen aliqui Doc. dicentes quod Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur gl. in clem. si vna, in verbo mensæ suæ, de reb. eccle. non alienan. Deci. in c. solitudinem. num. 11. de appellat. post Hostien. & Ioan. And. in c. magnæ, de voto, idem dicit Ioan. And. in c. nullus, de iure patro. refert Feli. in d. c. pastoralis in princ. & in c. cum ex officij nu. 7. de præscript. qui dicit esse doctrinam solitariam, & quod in hac materia episcoporum Metropolitanis est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum, colligitur euidenter in eo quod legitur, & notatur in c. inter corporalia. §. sed neque verbi. & quod non est, de transla. episco. secundum Hostien. in d. c. magnæ. facit etiam tex. in c. dilectus, de temp. ordi. c. duo simul, de off. ordi. & gl. si. in c. 1. de sup. negli. præla. in sexto, vbi dicit Hostien. per d. 2. de trans. episc. quod Archiepiscopo responderi potest, quia sufficit quod casus iste non inueniatur expresse concessus.

11 Decima septima auctoritas est ꝑ quod nedum Archiepiscopus est iudex suffraganeorum d. c. pastoralis, in princ. sed etiam vicariorum generalium ipsorum c. 1. de off. vica. in sexto, & hoc in ijs, in quibus vicarii delinquant in officio d. cap. 1. & tunc officialis dicitur delinquere in exercitio officij, quando auctoritas officij est in causa vt delinquat, & sic quoties pretextu, fauore contemplatione & colore officij delinqueret. Paris de puteo in trac. Syndica. in verbo officialis offensa, sub num. 9. Carani. Inper Ritu. 49. mag. curiæ Vica. sub num. 27. Rota Rōma. in decjs. diuerso 754. nu. 2. & 3. vol. 1. potest ergo Archiepiscopus eos punire Car. Zaba. in clem. abusionibus, sub nume. 8. de pœnit. & remiss. idem dicit in clem.

Archiepiscopo vel simili. nu. 2. de privileg. quod Archiepiscopus habet iurisdictione in episcopos suffraganeos, & eorum officiales per d.c. pastoralis, in prin. & c. Romana de off. ordi. in sexto, & quod qui habet querelam contra episcopum vel eius officialem, potest adire Archiepiscopum per simplicem querelam c. venerabilibus. §. sed si excommunicatus, de sen. excō. in sexto secundum Card. in d. clem. Archiepiscopo, Gemi. in d. c. venerabilibus. nu. 4. ubi etiam dicit quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopum per viam querelae contra suffraganeum, vel eius officialem. Nō obstat tex. in c. i. §. nec etiā. & §. si. de foro comp. in sexto, quia intelligitur quando extra officium ut per Io. And. in d. §. si. & ideo si in exercendo iurisdictionem episcopalem delinquant officiales in aliquo, in talibus immediate subsunt Archiepiscopis, unde a sententijs eorundem ad Archiepiscopum appellatur c. Romana, de appella. in sexto, & possunt Archiepiscopi animadvertere in eisdem verbi gratia si non servant privilegia Sedis Apostolicae, sententiam proferunt per gratiam, vel per sordes, contra cap. i. de sent. & re iudic. in sexto, excommunicant sine scriptis, cap. i. de sent. excom. in sexto, vel vniuersitatem, siue collegium, vel generaliter, sine causae rationabilis, & verae expressione c. Romana §. pen. & fin. eod. tit. & multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem, quae facit vel possidet officialis episcopi tamquam priuatus non habet se intromittere Archiepiscopus, plusquam de alijs subditis suffraganei sui d. cap. Romana. §. nec etiam & §. fin. de fo. comp. in sexto, & Archiepiscopus potest contra eundem procedere, quando de facto & contra iura suum exercet officium, ita dicit Host. in d. c. i. de off. vica. in sexto in verbo officialem, & in verbo non arctatur, idem etiam dicit in d. cap. i. de for. comp. in sexto in verbo, officiales, inquires quod cum consistorium episcopi, & officialis vnum, & idem sit. d. cap. Romana, de appella. in sexto. videbatur quod vterque eadem persona censetur, & ideo posset Archiepiscopus distinguere officialē sicut, & episcopum, prout in d. c. pastoralis in princ. Sed non ita est nisi in ijs in quibus officialis delinqueret, circa dictum consistorium, siue officium dicti consistorii, ut patet in d. cap. i. §. fin. de for. comp. in sexto, ubi idem tenet Ioan. And. Gemi. & Franc. in ijs ergo quae sunt extra officium, non se intromittit Archiepiscopus plusquam de alijs subditis suffraganeorum Iacob. Sbrozzius in tract. de off. Vica. lib. 2. quaest. 59. & lib. 3. q. 75. in quos regulariter nullam habet potestatem, nisi casibus expressis in iure cap. Romana, & cap. venerabilibus, de sent. excom. in sexto d. c. pastoralis ubi praeter alios Bellam. num. 1. & 10. & Feli. nu. 5. & est tex. in d. c. i. de sup. negli. praela. in sexto. c. i. de fo. comp. c. sicut vniuers. de excess. praela. Abb. in c. si quis contra clericum, sub. nu. 40. de foro comp. & in c. ex parte. nu. 5. de concess. praben. Card. Zab. in d. clem. Archiepiscopo, & ibi etiam Imo. num. 12. Feli. in c. cum ex officio nu. 7. de prescrip. Dec. in cap. sollicitudinem. nu. 10. de appell. in totum quod Archiepiscopus excommunicans subditum episcopi, vel absolvens in casu non sit extra casus exceptos, non tenet excommunicatio vel absolutio. Inno. in d. c. pastoralis, de off. or. & ibidem Bellame. num. 12. & Abb. sub num. 10. qui dicit quod communiter tenetur, & vide eundem in cap. quanto, de off. ordi. post glos. in cap. per singulas, el secunde, q. 3. & glo. in Summa, 16. q. 6. in verbo Metropolitanum, unde Archiepiscopus subditos sui suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias exequi, vel testimonium in causis, ad eum deuolutis proferre, nisi consuetudo aliud disponat c. i. §. neque, de foro comp. in sexto ubi Gemi. num. 3. notat quod iudex non potest compellere testem ad testificandum in causa coram eo vertente, nisi sit sub iurisdictioni subiectus. Item

Archie-

Archiepiscopus nec contra officiales, vel p̄lato s suffraganeorum consuetudine aliud non disponere, nec contra subditos eorum super salarijs aduocatorum, & procuratorum caufarum fori Archiepiscopi iudex competens est. d. cap. 1. §. nec etiam. Idem Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliarum dicecēsiū in sua propria coram se respondere nisi ibi inueniatur, sed si citati nolunt comparere, vel maleiose se occultant ne citentur in bonis ipsorum in sua dicecēsi post missionem facere. vel in alia decernere per ordinarios faciendam. d. c. 1. §. contrahētes. vbi no. Doc. & Gemi. quod ratione contractus non potest quis conueniri in loco contractus nisi reperiat ibi, & sic patet quod in contractibus non fit remissio ad locum contractus sicut fit in delictis: quid si dicecēsanus nō vult illam facere? non potest compelli a iudice contractus nisi alias sit suus, secundum Ioan. Mona. Archi. & Gemi. in d. §. contrahētes, & nota quod iudex non poterit excommunicare existentem extra territorium ratione contractus in itinere territorio, si ibi non inueniatur, quod limita nisi iudex prius prauenisset illum per citationem antequam exiret eius territorium, quia tunc teneret excommunicatio contra existentem extra territorium ratione contumaciæ commissæ in territorio, tenet Inno. & Ioan. And. in c. prærerea, de dilatio. & Franc. in d. §. contrahētes, & nota quod disposita in d. §. contrahētes, habent locum in quolibet alio iudice contractus, licet non sit Archiepiscopus Io. And. & Gemi. ibi sub nu. 15. & probatur omnia ibi disposita in l. hæres absens. & l. omnem, & l. interdum. §. fin. de iud. cum similibus allegatis per Hostien. ibidem in verbo super contractibus. Item non potest Archiepiscopus suos clericos mittere in Dicecēsim suffraganeorum vt coram ipsis fiant contractus, vel iam facti approbentur, nec si facti, vel approbati sunt coram illis possunt suffraganeorum subditos cogere coram se litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales, vel subditos si nolunt litigare coram ipso d. cap. 1. §. fin. de foro comp. in sexto. vbi Ioan. And. ampliat etiam si contractus fierent coram ipso Archiepiscopo, extra suam dicecēsim, non sentirentur contrahentes ipsius forum. infertur etiā ex regula prædicta quod si Archiepiscopus citat subditum suffraganei, & in citatione exprimit casum per quem concludatur sua iurisdictio, tenetur citatus comparere, aut non exprimit casum per quem concludatur sua iurisdictio, tenetur citatus comparere, aut non exprimit talem casum, & non tenetur comparere secundum Hostien. Ioan. Mon. Ioan. And. & Gemi. in d. §. fin. num. 3. etiam notat quod citatus a non suo iudice, licet non compareat, tamen excommunicati non potest, & ratio est quia iste non potest dici contumax & Franc. in d. §. fin. vnum casum colligit in quo excommunicatio est ipso iure nulla, quādo scilicet quis citatur a nō suo iudice, quia tunc non tenetur comparere, nec potest excommunicari si non comparet, esto quod al quo casu posset esse suus iudex, casus in quibus excommunicatio est nulla, ponit glo. in c. præsentī, de sent. excom. Item Archiepiscopus nō potest cōsentire vniōi ecclesiarū quæ sunt in dicecēsi sui suffraganei. c. sicut vnire, de excēss. præl. alios casus negatiuos poterit quis colligere per seipsum. Inter principales ergo casus exceptos in quibus Archiepiscopus habet iurisditionem, est qui sequitur.

a **ADDITION.** Verba declaratoria decreti Conc. Trid. sess. 23. c. 15. sunt, videlicet *S. D. N. audita relatione Congregationis declarauit episcopus vigore priuilegij. de quo in c. si. de penit. & remiss. non posse sibi eligere sacerdotem non subditum qui a proprio ordinario non fuerit adhuc ad formam huius decreti Concilij admissus, & approbatus ad audiendas confessiones.*

Communis intelligentia d. c. fin est, vt habeat locum etiam in episcopo suffraganeo, vt possit sibi eligere confessorem contra Hostien. qui confessor electus etiam Archiepiscopo inuito potest omnia in eum de quibus non est sedes Apostolica consulenda quia hanc potestatem non habet ab episcopo eligente, sed a iure committente S. Anton. in 3 par. sum. tit. 17 cap. 2. §. 2. Sylues. in ver. Confessor. 1. q. 9. & dum legitur ibi episcopo inuito dic. Archiepiscopo inuito sic enim dicit S. Anton. in loco præallegato

b De coadiutore episcoporum fecit tractatum Thomas Campegius habetur etiam per Parisium in tract. de resigna. benef. lib. 8. q. 20 & extant declarationes tenoris sequentis videlicet. Die Jouis 31 Ian 1561 Congregatio Illustris. Dominorum Cardinalium super sacris ritibus ad dubia nomine Illustriss. Dominorum Card. Paleotti & Veronen. proposita sic respondendum censuit.

Ad primum dubium censuit coadiutori cum futura successione non licere ingredi ciuitatem pontificaliter, quia licet, sit coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rem, non debet recognosci tanquam superior, & caput, sed vt coadiutor, & eo magis, quia contingere potest vt non succedat in episcopatu, sed prior moriatur.

Ad secundum respondit ipsum non debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus pontificijs, nec dum incedit per urbem cum crux sit signum, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & coadiutor vtraque careat.

Ad tertium censuit coadiutorem pontificalia in ecclesia exercentem absente Archiepiscopo vti posse cappa, cum ea sit tantum ornamentum dignitatis episcopalis, presente autem Archiepiscopo vti debet mantelletto, & rochetto, neque licere vniquam coadiutori vti mozetta, & rochetto etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius, penes quem est dignitas, & iurisdictionis.

Ad quartum respondit negatiue cum vna sedes non capiat duos.

Ad quintum censuit canonicos esse compellendos vt coadiutori episcopo solenniter celebranti, & pontificalia exercenti semper assistant, alioquin indecorum videretur si episcopus sine canonicorum assistentia celebraret, nec non videretur esse contra decretum Conc. Trid. quod extensiuè huic etiam casui accommodari potest.

Quoad circulos respondit canonicos non debere accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & ex superius deductis constat coadiutorem non debere esse caput.

Quo uero ad confessionem faciendam, cum celebrante solenniter respondit decere vt coadiutor episcopus confessionem faciat cum sacerdote canonico celebrante, & ut idem quoque benedicat in fine missæ, ne populus presens diuinis benedictione episcopali defraudetur, & iam est usu receptum ut episcopus benedicturus in fine missæ faciat etiam confessionem cum celebrante.

Ad sextum censuit licere coadiutori de licentia tamen Archiepiscopi benedicere populo, dum per ciuitatem incedit.

Ad septimum respondit maxime decere, ut canonici prodeant obviam coadiutori episcopo ad ecclesiam pontificaliter accedenti ad ostium ecclesiæ, eumque discedentem ad idem ostium deducere, immo esset valde commendandum si nonnulli canonici officij, & urbanitatis gratia ad ipsius coadiutoris ades accederent.

Ad Octauum respondit, coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopus concedere voluerit, esse publicandas.

Quarum declarationum exemplar habui ab admodum Illust. & Reuerendiss. Domi.

Domino Alphonso Pisano Archiepiscopo S: Seuerina, & in super vidi Bullas Apostolicas in persona Domini electi episcopi Caliponen coadiutoris Domini episcopi Insulanen. cum futura successione ubi inter alia sunt appositae haec verba videlicet, te praedicto Annibali episcopo quamdiu idem Annibal episcopus eidem ecclesiae Insulanen. praesuerit, coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & administratione ecclesiae Insulanen. huiusmodi in eisdem spiritualibus, & temporalibus cum plena facultate omnia, & singula quae ad huiusmodi coadiutoris officium de iure, vel de consuetudine quomodolibet pertinerent, &c. haec recensui quia in bullis coadiutorum non solet exprimi aliqua facultas specialis, sed absolute praedicta generalis clausula sed audiui hodie has facultates exprimi. Prosp. de Aug. V. I. D.

- 13 Quam iurisdictionem habeat Archiepiscopus per appellationem, & de eius effectu.
- 14 Absolutio ad cautelam quae sit, quando habeat locum, & dari possit.
- 15 In quo loco Archiepiscopus potest cognoscere causas appellationum.
- 16 Archiepiscopus in diocesis suffraganeorum eis inuitis nihil potest regulariter agere nisi in casibus sibi a iure concessis.
- 17 An de consensu partium.
- 18 Quae sunt consideranda ante inhibitionem.
- 19 An per suspensionem suffraganei deuoluatur iurisdictione ad Archiepiscopum.
- 20 A quibus decretis hodie admittenda sit appellatio.

Decima octaua auctoritas est, ¶ nam Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem in appellatorem, & appellatum, illosque qui se sponte offerunt iuri super illa re, de qua est questio c. Romana. §. in alium, & ibi Gemi. & Franc. de appellat. in sexto, & appellatio principaliter operatur duos effectus, vnum sententiae suspensionum, alium vero iurisdictionis deuolutiuum Abb. in rub. & in c. per tuas, nu. 2. de sent. excommu. Franc. in c. ex parte, de appella. a subditis enim episcopi suffraganei ad Archiepiscopum appellatur. cap. per singulas et secundo. c. co. questu. 9. q. 3. c. 1. de offi. lega. c. duo, & c. pastoralis, de offi. ordi. c. dilectis, c. cum causam c. sollicitudinem, de appella. c. per tuas, de sent. excom. c. 1. de foro comp. in sexto. d. c. Romana, de appell. in sexto. c. 1. & c. vt litigantes, de offi. ordi. in sexto. c. venerabilibus, de sent. excom. in sexto. cum similib. & non ad Patriarcham si Archiepiscopus illum habet in superiorem, quia omittitur medium, scilicet Archiepiscopus. Feli. in c. cum te consulente, de off. deleg. valet autem consuetudo appellandi eo omisso qua cessante, valet appellatio, si non fuit obiectum. Abb. in rub. de appell. ad Papam autem appellatur omisso medio c. ad Romanam, 2. q. 6. c. antiqua. de priuileg. glo. in d. cap. Romana, in princ. Feli. in d. c. cum te, quia ipse est omnium iudex ordinarius, glo. in d. c. si duobus, de appellat. de qua appellatione debet Archiepiscopus certificari, vt non possit se intromittere Host. in c. 1. de sup. negli. praela. in sexto de qua scientia vide glo. in reg. cum qui scit. de reg. iur. in sexto, nam si appellatum sit ad Papam ab vno, & ab alio ad Archiepiscopum, qui ignorans appellatum fuisse ad Papam, ratione contumaciae excommunicauit, tenet excommunicatio. c. si duobus, de appell. & sic nota Archiepiscopum esse legitimum iudicem subditorum suffraganeorum in causa appellationis, & appellatio interiecta ad Papam, quam ignorabat Archiepiscopus, non habet impedire iurisdictionem ipsius, cui renunciare poterat appellans. Gemi. in d. c. Romana. §. cum autem, de appella. in sexto, quod extendit in quolibet ordinario ignorante fuisse appellatum ad superiorem, vt non suspendatur eius iurisdictione. Per. Duena.

Duena. reg. 24. limit. 4. per d. c. si duobus, & sciens de appellatione ad Papam, non potest Archiepiscopus tunc se intromittere etiam in concernentibus appellationem, nisi appellans appellationi renunciauerit verbo, vel facto, vel nisi notorium sit actum illum esse iniustum. d. c. sollicitudinem, de appella & vide glo. in c. per tuas, in verbo remitti, de sent. excomm. & per d. c. sollicitudinem, dicit ibi Card. Alex. num. 4. quod licet regulare sit Archiepiscopum in criminibus notorij habere potestatem supra subditos suffraganeorum c. Romana §. notoria, de censi. in sexto, tamen ampliatur etiam post interpositam appellationem ad Papam, & hoc per elegantem decisionem prædicta decretalis, de qua per Hostien. in cap. ex conscientia, de crim. fal. Antonius Gabriel. lib. 2. com. opin. in tit. de appella. conclu. 2.

Ampliatur tamen præcedens conclusio, quod nedum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus ab episcopo ad Archiepiscopum appellari possit. Hostien. in d. c. Romana. in princ. & in §. debet, & ne dum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & non solum cum proceditur per viam accusationis, sed etiam per viam inquisitionis. Abb. in licet num. 3. de offi. ordi. an autem in causis fidei ab ordinario ad Metropolitanum appellari possit. vide Fran. Pegna in 3. par. direc. inquisi. in scholia seu adnotatione 42. fol. 153. c.

Declaratur prædicta conclusio vt per appellationem solum deuoluatur iurisdictione ad Archiepiscopum quo ad partes, non quo ad alios subditos, & ideo in compulsionem aliorum subditorum recurrendum est ad episcopum. glof. & Abb. in capitu. pastoralis, in princip. numer. 12. de offic. ordin. vnde non potest Archiepiscopus compellere subditos episcopi ad perhibendum testimonium nisi aliud de consuetudine obrineat c. 1. §. neque. vbi glo. in verbo suscipere, de foro comp. in texto, & Hostien. in verbo, testimoniū, dicit necesse est quod ordo seruetur, vt scilicet is qui ordinarius est personarum primitus requiratur, qui si non obedierit puniri poterit, & si infra tempus per Metropolitanum congruum assignatum hoc non fecerit, eo lapsa ipse Archiepiscopus faciet no. in c. Roman. de sup. negl. prel. in sexto, sed istud non placet Archidia. qui dicit, quod licet tunc possit compellere suffraganeum, non tamen subditum ipsius; & ita Io. And. residet. Imo tamen in d. §. neque. dicit, quod forte posset dici illud procedere quando est negligens in termino a iure statuto, secus in termino per Archiepiscopum statuto ne alias aperiatur via malitijs. cap. quanto in fin. de diuor. secundum eum: decisio autem huius articuli dependet a notatis in d. capitul. Romana, quia si teneatur opinio quod negligentia episcopi deuoluat iurisdictionem ad Archiepiscopum, procedit opinio Hostien. Si vero teneatur opinio contraria, procedit opinio Aicli. & ita nihil affirmando transeunt Gemin. & Franc. in d. §. neque. de qua questione dicam infra.

Id autem quod diximus de effectu appellationis, limita vt per appellationem non suspendatur executio, si appelletur ab excommunicatione, vel ab alia sententia censuræ ecclesiasticæ, nam tunc causa tantum transfertur ad superiorem c. pastoralis §. verum. vbi Abb. assignat duodecim rationes, de appell. c. ad reprimendam, & ibi glof. in verbo conquestus, de offic. ordi. cap. is cui, de sen. excomm. in sexto (secus est in appellatione a declaratione excommunicationis, vt dicam infra sub nu. 20.) & potest Archiepiscopus aliquando absoluere ad cautelam c. per tuas, de sen. excom. c. solet, & c. venerabilibus, eo. tit. in sexto, & de absolutione ad cautelam etiam habetur in cap. ad præsentiam, de appell. in c. veniens, el 2. in fi. de resti. in c. Apostolicæ, de excep. c. cum desideres §. 1. & c. venerabilibus. de sent.

excom.

14 excom. & in c. presentis. co. titul. in sexto, † est autem absolutio ad cautelam vera seu putativa ab ecclesiastica censura liberatio. Io. And. in d. c. solet, nu. 12. qui post Inno. Host. & Io. Mon. ibi longe diffusius tractat hanc materiam absolutionis ad cautelam per modum summa, ex cuius, & aliorum dictis ad intelligentiam terminorum has breves conclusiones delegimus. Absolutionem, scilicet ad cautelam non habere locum nisi in sent. excom. lata ab homine, & a censuris latis in homines, quia ille possunt esse nullæ, & iniustæ, in sententijs vero latis a canone, & a iure de quibus non dubitatur, quod sint iniustæ, ista absolutio locum non habet, & hoc nisi occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, secundum Ioan. And. quem sequuntur ceteri doc. quorum dicta reassumit Franc. in d. c. solet. in 1. nota. & col. 3. & sequitur Felin. in d. cap. Apostolica. num. 20. de except. Bott. de syno. part. 3. ar. 1. concl. 13. num. 112. ubi etiam tenet quod sicut absolutio ad cautelam, non habet locum in censuris latis per canones, ita nec in censuris statutorum synodaliū, idque colligitur etiam ex præallegatis iuribus loquentibus de absolutione ad cautelam, quæ loquuntur in censuris latis ab homine, & excommunicatio nunquam fertur ab homine nisi propter contumaciam. Abb. in cap. qua fronte, num. 11. de appellatio. in rub. de sen. exc. & in c. 2. de rap.

Secunda conclusio est, quod quando ex quacunque causa allegatur nullitas sententia, habet locum ista absolutio ad cautelam, & hac opinio est communior, & verior, & communiter tenetur, dicit Abb. in d. c. Apostolica, sub nu. 10. de exceptio. & ideo si sententia censuræ dicatur iniusta, tunc non debet peti absolutio ad cautelam, sed simpliciter ex quo est ligatus, eum sine iusta, vel iniusta ligat. idem quando sententia esset æqua, & iusta, ita ex dictis Doctorum concludit Franc. in d. cap. solet. col. 4. ver. 5. quærit; habet ergo locum in omni casu quo dubitatur de nullitate Franc. in d. c. solet in 3. no. Sed si constat eam esse nullam, tunc debet statim pronunciari nulla, nec fiet ista absolutio ad cautelam Card. Alex. in cap. quoties, 2. q. 6. a sententia itaque iniusta non datur absolutio ad cautelam, quia fateatur se ligatum, ideo habet necesse petere directe absolutionem, & non ad cautelam. Gem. in d. c. solet, nu. 7. casus in quibus excommunicatio est nulla, enumerat gio. in c. in presentis, de sent. excom. in sexto, & quæ dicatur iniusta, & nulla, vide glo. in c. sacro, eo. tit. in antiquis, Abb. in c. ab excommunicato, de rescript. Nau. in Man. confess. c. 27. sub nu. 2.

Tertia conclusio est, quod qui non potest directam absolutionem impendere, non potest nec illam quæ fit ad cautelam. Franc. in d. c. solet. col. 1.

Quarta conclusio est quod absolutio ad cautelam est ex gratia nam de iure esset ut primo constaret de veritate causæ quam fieret absolutio, ideo est in arbitrio superioris, qui poterit eam concedere, & denegare secundum coniecturas occurrentes ut concludunt Innoc. Hostien. & Ioan. And. in d. cap. solet. ubi Franc. in 2. nota.

Quinta conclusio est, quod quando fit hæc absolutio ad cautelam, requiritur citatio illius cuius interest, nisi periculum esset in mora, & debet fieri absolutio cum cautione de parendo mandatis, si apparebit eum iuste excommunicatum, cum enim hæc absolutio fiat solum in dubio, tale dubium postea per probationes certificabitur, per quas patebit an absolutio habeatur pro putativa, & imaginaria, quod erit cum patebit non fuisse ligatum, an vero si apparebit illum iuste ligatum, unde non bene esset in hunc casum provisum aduersario, si non cauisset, debet etiam præstari iuramentum secundum Io. Andr. cum dicta reassumit Franc. in d. c. solet, col. 4. ver. 6. quærit, & notat vnam regulam quod ubicunque

pars potest impedire, ne actus fiat, semper requiritur citatio. facit quod notatur. 3. q. 9. c. omnia. quare autem ista absolutio dicatur, & fiat ad cautelam, vide Abb. in d. c. Apostolica. num. 10. de except. referentem Hostien. & Io. And. in d. c. solet. ubi gl. in verbo opponat, dicit quod propter peccatum, & propter excommunicationem facilius quis moritur gl. in cap. episcopi 11. q. 3. Silua nup. lib. 6. sub nu. 58. Oliua super titu. 18. cur. Archiep. Neap. & proprie dicitur absolutio quando fit a censura iusta, vel ad cautelam, sed ubi est censura iniusta, vocatur proprie relaxatio, licet respectu suspensionis iura vtantur verbo relaxationis Felin. in d. c. Apostolica in princ. qui a nu. 17. vsque ad finem dicitis per Io. And. in d. c. solet, circa absolutionem ad cautelam multa satis notabilia addidit.

Sexta conclusio est, quod absolutio ad cautelam potest fieri etiam antequam iudex de veritate cause cognoscere incipiat. c. venerabilibus §. sed si ex causa, & ibi Franc. de sent. exco. in sexto, plus ergo potestatis habent Archiepiscopi in hac absolutione ad cautelam, quam in inhibitione quam facere non possunt, nisi prius incipiant cognoscere de veritate cause appellationis ante diffinitiuam glo. fi. in d. c. venerabilibus.

Septima conclusio est secundum Card. Alex. in cap. sollicitudinem, num. 4. de appella. qui ex eo tex. notat, quod in omni casu in quo nulla causa cognitio requireretur, tunc inferior pendente appellatione coram superiore potest adiri, & infert satis notabiliter quod cum absolutio ad cautelam possit impendi prestita cautione absque cause cognitione, pendente appellatione coram Papa a facto episcopi, poterit excommunicatus ab episcopo petere ab Archiepiscopo ad cautelam absolui ab excommunicatione non obstante quod interposuerit appellationem ad Papam.

Octava conclusio est, quod non solum fit absolutio ad cautelam quando quis principaliter appellat, vt supra dixi, sed etiam quando contra aliquem testem posset opponi exceptio excommunicationis vt repellatur a testimonio, tunc iudex potest absolvere ad cautelam testes, quando tamen aliter veritas haberi non potest, nisi fit tale genus excommunicationis, cuius absolutio reseruaretur Papa, & durabit durante eius depositione ca. veniens el. 2. in fin. & ibi gl. Io. And. & Doc. de testi. sicut, & absolutio eligere debentis d. cap. Apostolica. de excep. & potest fieri tunc a quocunque iudice causa Feli. in cap. pastoralis, num. 13. de offic. ordi. tales enim absolutiones prouident negotijs quibus functis reuiscit sententia, & procedit quando excipitur de excommunicatione in vim dilatoria, secus in vim peremptoria, nam tunc non fieret absolutio ad cautelam Franc. in d. c. solet, col. 2. & 5. vers. 8. quarit, qui ita dicit post Archi. & Io. And. in cap. 1. num. 2. & Gemi. num. 10. de excep. in sexto, quæ omnia notabilia sunt, quia multi errant in ista absolutione ad cautelam dicit Card. Alex. in cap. quoties, 2. q. 6. fit etiam absolutio ad cautelam extra casum excommunicationis propter ambiguum duplicatis gl. in c. fi. de his qui fi. occid. & in verbo bonum, & in c. significasti, in verbo ad cautelam, de homi. de penitentia ad cautelam, legitur in cap. significasti, el. 2. de homi. glo. in c. perpendimus, de sent. excom. de venia ad cautelam in cap. exhibita eo. ti. cap. 2. & 3. & ibi gl. fi. de cleri. percus. & quicumque absoluitur saltim ad cautelam semper obtineat literas absolutionis, gl. in capit. proposuit. in verbo de absolutione, de cleri. exc. minif. & de iuramento ad cautelam glo. in cap. super eo, de sent. excom. Sed redeundo ad appellationis materiam quatenus ad Metropolitanum attinet, quare de loco iudicij in causis appellationum tractandis. Resp. con-
15 stitucione Bonifacij octaui esse cautum, ne Archiepiscopus causas que per appellationem,

lationem, vel alias iure Metropolitico deferuntur ad ipsum alibi quam in sua propria ciuitate, vel diocesi, aut in eis in quibus appellatum extitit, vel causa ipsa consistere dignoscuntur audiat, vel etiam audiendas committat nisi sibi aliud de consuetudine competat in hac parte c. vt litigantes, de offic. ordi. in sexto, ex quo tex. notat ibi Gemin. casum in quo Archiepiscopus potest locare sedem, & de causa cognoscere in diocesis suffraganeorum suorum, nam Metropolitanis ne suorum suffraganeorum ingrediantur dioceses, vt in eis auctoritate propria iudicet, disponant, aliquidue aliud agant, canonica prohibent instituta dicitur in cap. 1. de off. ordi. in sexto. Super quo tex. exorditur Hostien. ¶ quod Archiepiscopus in diocesis suffraganeorum suorum nihil potest inuitis suffraganeis regulariter agere, & est tex. in c. sicut vnire. de excess. pral. facit etiam rex. in c. pastoralis in prin. de off. ordi. & c. duo. eo. tit. & c. 1. de supplen. negl. prala. in sexto. vbi etiam Hostien. dicit, quod prohibuitur Archiepiscopis, vt in diocesis suffraganeorum aliquid exercent, sed suis terminis sint contenti. cap. nullus primas. 9. q. 2. & ideo in nullo debent se intromittere, nisi in casibus a iure concessis, & Hostien. in d. c. 1. de sup. negl. prala. in sexto, refert decem & octo casus, alias debet regulariter Metropolitanus abstinere per d. c. pastoralis, & cap. sicut, & eisdem etiam casus refert in summa de offic. ordi. sub num. 7. Archiepiscopus in super non potest in diocesi suffraganei constituere officiales, qui de causis ad eam per appellationem deuolendis cognoscant nisi de consuetudine habeat, licet possit delegare causas in diocesi episcopi sibi per appellationem deuolutas d. c. 1. de offic. ordi. in sexto, & Metropolitanus gesta in diocesi suffraganei in casibus qui non sunt in iure expressi, sunt nulla. glos. in cap. per singulas el. 2. 9. quaest. 3. Card. Alex. in d. cap. nullus Primas, & facit regula ea qua, de reg. iur. in sexto, & ibi gl. Item quarto pro declaratione proxime dicti, quid si adesset consensus partium. Resp. ¶ quod Archiepiscopus vel eius officialis de causis clericorum, tanquam iudices, absque diocesano suorum voluntate non cognoscunt, quando tamen non sunt appellatum, & si in ipsos iidem clerici de facto consentiant d. c. 1. in prin. de foro comp. in sexto vbi Gemin. notat quod Archiepiscopus non potest adiri per viam querelae per subditos suffraganei sui, nisi ipse consentiat, & sic patet quod de iure canonico clerici non possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis etiam ecclesiastici suo iudice non consentiente, cap. significasti, de fo. comp. & consensus debet esse episcopi, & non eius officialis generalis Gemin. in d. c. 1. num. 2. & nouem concurrere debent, vt consensus clerici teneat, Hostien. in d. c. 1. in verbo de facto, de fo. comp. in sexto. Inter subditos ergo episcopi citra remedium appellationis non potest Archiepiscopus regulariter aliquid diffinire. Abb. in c. solitudinem num. 7. de appell. & si Vicarius episcopi detulit appellationi non deferenda, non prauiudicatur iurisdictioni episcopi Iacob. Sbroz. in tract. de offic. Vic. lib. 2. quaestio. 204. Vltorius quaero, quaenam causa cognitio requiratur antequam inhibeat. Resp. quod Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat plura considerare debet, & primo an cognitio causa appellationis ad ipsum pertineat, nam ab inferioribus praelatis episcopo subiectis non facientibus idem consistorium cum eo non appellabitur ad Archiepiscopum, sed ad episcopum nisi aliud de consuetudine esset c. Romana §. ab Archidiaconis, de appella. in sexto, vbi Franc. post Io. And. & Gemin. limitat duodecim modis inter quos si non opponeretur exceptio, quia tunc valet appellatio omisso medio Rebuff. in tract. concordatorum, in rub. de friuolis appell. vbi de praedictis limitationibus. Item in causis in quibus episcopus iurisdictionem temporalem habet, appellatur ad Archiepiscopum, nisi ex consuetudine, aut priuile-

privilegio, aut alio iure speciali sit appellandum d. c. Romana §. debet, de appell. in sexto Capi. decis. 137. num. 12. & dictis ibi per Gemi. & Franc. adde Mari. Frec. in tract. de sub feud. lib. 1. sub titu. de orig. Baro. q. 11. & lib. 2. titu. de different. feud. quatuor. sub num. 34. fol. 142.

Similiter respectu appellationis interponendæ est differentia an episcopus habeat delegatam, vel ordinariam iurisdictionem, nam si habet ordinariam, appellatur ad Archiepiscopum d. c. Romana, sed si delegatam, ad delegantem, & episcopus tanquam delegatus Papæ maior est Archiepiscopo quo ad illum articulum, ut in c. sane. de off. deleg. c. pastoralis §. præterea, de offic. ordi. ergo non debet appellari ad minorem Abb. in capitul. ad abolendam sub num. 15. de hæret.

Item si Papa mandat episcopo, id quod potestate ordinaria potest facere, non derogatur quin ab episcopo ad sedem Metropolitanam appellari possit c. licet de offic. ordi. quia tunc dicitur potius excitata iurisdictione ordinaria secundum Doc. ibi, & præcipue Feli. qui declarant & ponunt casus, quomodo possit cognosci, quædo videatur dari delegata iurisdictione, vel excitari, & vide eundem Feli. in rub. de offic. deleg. Ias. & Dec. in l. & si prætor. ff. de offic. eius, & ab habente utramque potestatem ordinariam, & delegatam ad quem appellabitur, vide Felin. post Abb. & f. alios in c. cum ex officij de præscript. Item appellari potest a iudice in commissis arbitrio suo si partem lædit, aut gravat, glo. in c. super his de accusa, & in c. Romana §. quod si obijciatur in verbo minus legitima, de appell. in sexto, glo. & Bart. l. si qua pœna ff. de verbo. signi. & vide Card. Alex. qui refert opiniones contrarias, & concordiam in rub. de appell. & Feli. in c. cum speciali, & in c. ex ratione eo. tit. amplia istam conclusionem, & limita, ut per Feli. notabiliter in d. c. super his, a num. 7. vsque 14. de accusa.

Secundo principaliter Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat, considerare debet an per appellationem sit devolutum negotium, & causa, & an appellatio sit legitime interposita, nam aut appellatur ante sententiam diffinitivam, & tunc ut possit inhiberi, debet appellans exprimere probabilem, seu legitimam causam gravaminis, & quod fuerit appellatum infra decem dies, & antequam fieret fides iudex ad quem, non potest procedere, nec inhibere vnde cauti appellantes portant sententiam diffinitivam, vel interlocutoriam, & ipsam appellationem ut per ista simul appareat esse appellatum infra decem dies infra quem terminum in dubio non præsumitur appellatum, nisi probetur, & sic ante non est fundata iurisdictione iudicis ad quem. Item debet citari appellatus cum termino ad opponendum contra appellationem, & si opponitur, quod causa in eo expressa non sit legitima, vel vera, tunc si constat iudici ad quem, quod per appellationem sit ad eum devoluta causa, ut quia constat esse appellatum infra legitima tempora, & quod causa sit legitima, debet tunc admittere appellationem ex causa legitima interpositam, & deinde debet incipere cognoscere de veritate causæ, & his præcedentibus statim potest inhibere, & non antea, ut hæc omnia colliguntur ex text. in d. cap. Romana §. cum autem §. si vero & §. quod si obijciatur, & ibi Io. An. Gemi. & Franc. ex quibus iuribus dicit Franc. in d. §. quod si obijciatur. quod habetur practica, quæ debet servari in appellatione ab interlocutoria per ipsum iudicem antequam inhibeat. Car. Alex. seu Præpo. in c. ut debitus honor, de appell. dicit decem esse necessaria in appellatione ab interlocutoria, quæ etiam refert Rebuff. in tract. concordatorum, in rub. de frivolis appella. Si vero appellatur a diffinitiva, tunc debet primo constare esse appellatum infra decem dies, & statim poterit inhibere, etiam si causa non sit expressa, ut not. Franc. post Gemi.

Gemi. & ceteros Doc. in d. §. quod si obiciatur, tamen hoc fallit, si dicatur esse appellatum in casu a iure prohibitio, quia tunc debet cognosci de legitimitate huius appellationis separatim ab articulo causæ principalis d. c. Romana §. si autem, ut Franc. etiam notat, quod licet in appellatione ab interlocutoria iudex ad quem non possit inhibere antequam appellationem, ut legitimam admiserit, & inceperit cognoscere de veritate causæ in appellatione expressæ, ut in d. §. quod si, tamē si appellatur in casibus, in quibus allegatur appellari non posse, poterit inhibere statim ad cognoscendum, an appellatio sit recipienda vel non, & sic antequam appellatio sit admissa per d. §. si autem, & hæc quando allegatur quod appellatio sit interposita in casu a iure prohibito, & tamē de hoc non constat, quia si de hoc constaret, tunc iudex a quo & ad quem ipsam recipere non debet. Sed illud nota quod antequam procedatur in iudicio super appellatione semper sunt citandæ partes etiam si agatur de appellatione a diffinitiva, unde sequitur quod per iudicem ad quem debet assignari terminus ad opponendum contra appellationem antequam procedatur ulterius etiam si sit appellatum a diffinitiva notat Franc. ex d. c. Romana §. si vero, & ex dictis iuribus etiam colligitur, atque notatur quod ipse iudex ad quem cognoscit an sua sit iurisdictio, & an appellatio sit admittenda vel non & ideo quantumcunque iudex a quo non admiserit appellationem, tamen utrum appellatio sit admittenda, vel non, spectat ad iudicem ad quem. Fran. in d. §. si autem, quis vero exequatur sententiam a qua est appellatum latissime prosequitur idem Franch. in d. §. si autem. appellans ergo ante diffinitivam debet exprimere causas gravaminis nominatim, & illas, & non alias prosequi, & iustificari ex eisdem actis. c. ut debitus, & ibi Abb. nu. 2. de appella. clem. appellanti. de appell. & non exprimens causam reputabitur non appellans. Hostien. in d. cap. Romana. §. cum autem per text. in c. cordi nobis, de appell. in sexto, ita etiam appellans ab excommunicatione tenetur exprimere causam Abb. in c. sacro nu. 5. de sen. excom. & ex quo Archiepiscopus pronunciauerit, & legiime cognoverit, statim debet causam ad suffraganeum remittere, d. cap. Romana. §. fin. & ibi Franch. non tamen debet Archiepiscopus causam ad suffraganeum remittere appellatione adhuc non iustificata, nisi de consensu partium c. accepta de appell. & si per iudicem a quo gravaretur in alio, potest iterum pars adire Archiepiscopum, & appellare cap. dilecta nobis, de appell. Si tamen iudex a quo appellationem friuolam admisit appellationi deferens, tunc totius causæ decisio devoluta est ad superiorem c. cum appellationibus, eo. tit. in sexto, & per appellationem ante diffinitivam ante inhibitionem non sunt ligatæ manus iudicis, secus per appellationem a diffinitiva c. non solum. de appella. in sexto.

Archiepiscopus etiam non prius ante diffinitivam appellationem admittere debet quam ei constiterit eam interpositam fuisse vel a gravamine, vel iniusta condemnatione c. cum in ecclesia, de appella. † ideoque si appellatur propter suspicionem episcopi suffraganei, non debet appellans audiri, nisi prius Archiepiscopo contiter coram suffraganeo fuisse propositam recusationem c. cum speciali c. secundo requiris §. fin. eod. tit. eaque est ratio quare suspicio non sufficit, quia suspicio habet a iure suum remedium recusationis ut in dictis iuribus, nam licet causa suspicionis sit contra eum, non tamen sequitur quod gravet, iudex enim si spectus bene posset procedere in causa, ita quod nullam partem gravaret, & appellatio non habet locum nisi a gravamine d. c. ut debitus, ac stulte faceret recusans prosequendo appellationem quando post recusationem non processit. Volens ergo recedere a iudice ordinario, vel delegato suspecto, oportet quod proponat recusa-

recusationem, nam quantumcumque suspectus nisi recusetur est iudex, & potest
 procedere. Card. Alex. in c. postremo nu. 5. de appe. & tunc si iudex recusatus causas
 recusationis non admittit, patens est quod in hoc grauat, & ab hoc grauamine
 potest appellari, cap. super quibusdam. §. fin. de off. deleg. & hoc verum nisi cau-
 sa recusationis esset euidenter frustratoria, vel notorie falsa ita concludunt in d.
 cap. cum speciali. in princ. Inno. sub nu. 1. & 6. Io. And. col. 1. Ant. de But. num.
 8. Ancha. num. 1. Bellame. num. 3. Abb. num. 6. Franc. & Card. Alex. nu. 11. Idem
 Card. melius quam alij in c. quoties episcopi. 2. q. 6. & quod recusatione proposi-
 ta non possit a iudice recedi, donec admiserit vel non, causam recusationis nisi
 per viam appellationis. Bellam. in d. c. cum speciali nu. 16. vera ratio predictorū
 ea est, quia per suspensionem ordinarius iurisdictionem non amittit, & remanet
 iudex etiam post pronuntiationem factam super suspensione. Franc. in c. iudex, in
 3. nota. de off. deleg. in sexto. recusatio enim ob suspensionem personam concer-
 nit non iurisdictionem recusati, idem Franc. post Pet. de Ancha. in c. si contra v-
 num, eod. tit. in sexto. suspicio namque personam sigillat, iurisdictionem autem
 non tollit Mari. Prec. in tract. de subfeud. lib. 2. in tit. de differen. feud. quater. nu.
 37. fol. 143. ratio rationis est, quia ordinarius habet iurisdictionem generalem,
 & licet propter suspensionem non habeat exercitium illius causæ, tamen iurisdic-
 tionem habet, & poterit delegare respectu ordinariæ, & generalis potestatis quā
 habet in committendo neutri parti suspecto maxime de partium consensu nul-
 la contra eum poterit oriri suspicio, secus autem est in delegato, qui nihil habet
 iure proprio, sed iure delegantis, & iurisdictionem non efficaciter, sed eligibilem
 cui Papa non intendebat causam committere, si sciuisset suspensionem, & hæc est
 ratio, quare postquam est pronuntiatum super recusatione, desinit esse iudex, vt
 nec etiam de consensu partium possit exercere d. c. iudex de off. deleg. in sexto. vn
 de in articulo in quo cessat suspitio, ordinarius vtitur iurisdictione delegando nõ
 suspecto, & exequendo sententiam delegati ab eo, cum tantum sit exclusus respe-
 ctu cognoscendi. Abb. in cap. si quis contra clericum. num. 1. 6. 7. 11. 16. 18. 26.
 vsque 28. de foro comp. Capi. decis. 137. num. 10. Quarto an possit recedi a iudice
 per appellationem sine suspensionis propositione coram eo. Resp. quod non, etiā
 si suspicio esset notoria, quia licet notorium excusat a probatione, non tamen ex-
 cusat a propositione suspensionis coram eo, nisi suspicio non cõcerneret personam
 iudicis, sed locum, vt quia citatur ad locum notorie non tutum, & tunc potest re-
 cedi a iudice appellando etiam sine grauaminis propositione Card. Alex. in d. c.
 quoties episcopi 2. q. 6. vbi Gemi. & vide Franc. in c. ex parte, de appell. nam &
 si notorietas alicuius iuris mihi competentis releuet me ab onere probandi, non
 tamen releuet me ab onere allegandi, & non allegando nihil prodest notorietas,
 glo. in clem. appellanti, in verbo alias, de appellat. Item quæro si recusatus sus-
 pectus ex causa rationabili, procedat post recusationem ad vteriora in causa non
 obseruata forma d. c. cum speciali, & appellatur an recusans teneatur probare cau-
 sas suspensionis. Respondet Inno. in d. c. cū speciali. num. 6. quod ab ordinario le-
 gitime appellatur si arbitros non elegerit etiam si causa suspensionis non proba-
 rentur: finita autem causa appellationis, quæ est vt cassetur quicquid factum est
 contra eam, non oportet prosequi causam recusationis, quia sola appellatio ad
 hoc sufficit c. interposita, de appell. Io. And. ibidem sequendo Inno. dicit, quod
 aut recusans vult prosequi causas recusationis, & tunc oportet eas pbare, si vero cau-
 sam appellationis, & tunc nihil habet necesse probare, de veritate causarum recu-
 sationis An. de But. similiter dicit sub nu. 5. & Imo, eo enim ipso quod iudex pro-
 cedit

nis Concilij appellationem, scilicet sublatam intelligi, quo ad effectum deuoluti-
 uum, non autem suspensiuum, & ex Decretis eiusdem Conc. habes quod ap-
 pellation non suspendit executionem Decretorum in causa residentia sess. 23. de
 refor. cap. 1. Item si de visitatione, aut morum correctione agatur, executio non
 impeditur, aut suspenditur per appellationem sess. 14. de refor. generali cap. 10.
 & sess. 13. de refor. c. 1. §. in causis, nisi de grauamine irreparabili agatur, tunc e-
 nim appellationi locus erit etiam quo ad affectum suspensiuum, vt extat declara-
 tio. Item examinatorum relationem circa examinatos per concui sum quo mi-
 nus executionem habeat, nulla deuolutio aut appellatio impedit, aut suspen-
 dit, sess. 24. de refor. generali c. 18. & quod appellari possit a mala electione in be-
 neficijs per concursum vide Bullam Pij V. incip. In conferendis, quam habes in-
 fra in verbo Beneficiorum parochialium collatio. Item episcopus controuersias
 omnes de precedentia in processibus publicis tum in his, quæ fiunt in tumu-
 landis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & alijs similibus amo-
 ta omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque cõponat, vt in sess. 25.
 de refor. c. 13. Itẽ executione Decreti eiusdẽ Cõc. sess. 25. de refor. c. 13. cõtra cõ-
 cubinarios clericos appellatio aut exemptio nõ impedit, aut suspendit, & per iu-
 dicem appellationis erit videndũ si fuit excessus modus in corrigendo, quia tũc
 a correctione legitime appellatur e. ad nostrã c. reprehensibilis in fi. & c. quia nos,
 c. inquisitioni, de appella. c. licet, de off. ordi. vbi de clausula appellatione remota.

*Decla-
 ratur
 conclu-
 sio sci-
 licet
 nõ pos-
 se Reli-
 giosos
 appel-
 lare a
 corre-
 ctione.
 Vide
 decre-
 tũ pro
 fratrib.
 S. Frã.
 de ob-
 seruan-
 tiavela-
 tum in
 verbo
 Monas-
 teria
 & cõ-
 uetus
 regula-
 rium
 viro-
 rum.*

Conclusionem, quæ se habet, scilicet Religiosos appellare non posse a correctio-
 ne in eos facto per ipsorum superiores, declara primo, vt intelligatur denegata
 eis appellatio a correctione, quæ fit secundum statuta ordinis, non autem ab ea,
 quæ contra statuta fieret ex deductis per Paris. in cõs. 28. nu. 15. & infra vol. 4. Se-
 cundo declara, vt sit permilla ipsis Religiosis appellatio, quando correctionis mo-
 dus excederetur veluti, quia ob aliquod leue peccatum supra modum grauarentur,
 vt prætet Doctores per eundem Paris. ibidem numer. 21. allegatos com-
 probat Nauar. in cõs. 4. sub nu. 3. de appella in nou. & apud religiosos adire supe-
 riorem ob iustum grauamen ad conquerendum de illo, habet vim appellationis
 neque id vetare Concilium Trid. Sess. 25. de regulat. c. 4. docet idem Nauar. in
 comment. super c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 61. etiam si præd. accessus ob hanc cau-
 sam ad superiorem fieret sine licentia, & cõsensu sui superioris ratione de qua ibi
 per eum, & concinit Roderic. tom. 1. qua sit. regul. q. 30. art. 3. asserens opinionem
 Dom. Bagnes ad D. Thom. 2. 2. q. 12. ar. 1. procedere posse casu, quo non consta-
 ret de iniustitia grauaminis & hoc ratione scandali, qui Roderic. in q. 29. art. 2.
 eiusdem tomi refert per sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinaliũ
 esse impositum decretum anno 1587. vt appellatio hoc ordine profequatur, a
 Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Prote-
 ctorem, a Protectore ad Sacram Congregationem, & vide hoc decretum relatũ
 in verbo monasteria, & conuentus regularium virorum incip. quoniam.

Sexto, Quæro an sint alij casus, in quibus appellatio non retardat executionem,
 Resp. quod sic, vt sunt decreta affirmatiua quæ enumerat Affli. decis. 152.
 & 271. sed primi duo per eum relati habeant locum in foro laicali huius Regni,
 cum de iure communi ciuili, & canonico appellationi sit deferendum etiam pro
 causa minima capitul. de appellationibus, de appel. l. & in maioribus. C. de
 appell. Tiraq. de iudi. in reg. exig. feren. fol. 81. Item appellatio non suspen-
 dit executionem in causa institutionis qua pendente institutus potest capere pos-
 sessionem beneficij Lamb. de iute patro. 5. art. 11. q. prin. 2. par. 2. lib. nu. 2. vers.

bene verum fol. 337. sed in contrarium est veritas, quia talis possessio dicitur attentata, & non posse institutum possessionem capere pendente appellatione, pluries fuisse decisum in Rota Roma. refert Lancel. de attenta. par. 2. cap. 12. limita. 49. fol. 298.

Septimo, Quæro an elapso biennio dato per Conc. Trid. pro expeditione causarum, possint partes adire iudices superiores, quando non stetit per iudices. Resp. non posse, faciunt dicta per Abb. in c. venerabilis nu. 10. de iudi. Extrat. declaratio Sacræ Congregationis Concilij.

Octavo, Quæro an acta originalia sint transmittenda. Resp. extra declarationem Sacræ Congregationis causis episcoporum præpositæ quod acta originalia processuum primæ instantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, vt suo archiuo conferuentur.

Vltimo erit animaduertendum, quod si appellatio non suspendit pronuntiatum vt in causis supra relatis, & admittitur appellatio ad effectum deuolutiuum tantum literæ inhibitoriales erunt pro transmissione copiarum actorum tantum, ita etiã quando appellatur ab indebita carceratione, non apponitur clausula quod interim nihil innouetur, quia per appellationem non impeditur impinguatio informationis, si vero appellatio admittitur de iure, etiam quo ad effectum suspensionis, tunc literis inhibitorialibus apponitur clausula quod a appellatione pendente nihil innouetur, & innouata & attentata reducantur in pristinum, & si coram Metropolitano appellans produxerit copiam sententiæ vel decreti suffraganei a quo fuit legitime appellatum, erit inferenda in literis inhibitorialibus, quando vero appellans non producit, sed in eius comparitione coram Metropolitano exprimit casum Conc. Trid. permissum appellandi, tunc vidi practicari in literis inhibitorialibus inferi comparitionem appellantis cum clausula quod veris existentibus prænarratis, & si infra legitima tempora fuerit appellatum, tunc transmittere habeat copiam actorum inhibendo in forma iudicij, a quo eum admonendo, vt si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit ipsi iudici appellationis significare: sed modus inhibendi cum insertionem sententiæ, seu decreti constituto de legitima appellatione est tutior, & iuridicus ex prædictis sub nu. 18. ver. 2. principaliter. Et vt nihil relinquatur intactum in hac appellationis materia, quæritur an Metropolitanus ad quæ fuit legitime appellatum a grauamine illato ante diffinitiuam, coram quo fuit iustificata causa appellationis, constituto de grauamine possit cognoscere de negotio principali, & providere quod statibus grauaminibus causa remaneat. vide c. vt debitus honor. in fi. de appell. cap. 1. in princ. & ibi glo. de fo. comp. in 6. Bar. in l. eius qui. nu. 10. ff. de appell. recip. Coar. pract. quæstio. c. 9. sub nu. 6. aut grauamen non fuit illatum sed comminatum, & tunc non potest retinere causam, sed reuocato grauamine comminato, remittere causam vt dictum fuit supra sub numer. 20. de appellatione a comminata tortura, vel excommunicatione, si vero non fuit pars grauata, debet statim remittere cap. Roma. §. fin. de appell. in 6. limita nisi iudex a quo detulisset appellationi, tunc de necessitate nõ tenetur remittere cum appellationibus. co. ti. in 6. Steph. Quarata & I. D.

Decretum S. Congregationis.

Sciendum est denique in hac materia appellationum extare decretum Sacræ congregationis tenoris sequentis.

Ad tollendas ambiguitates, & controuersias iurisdictionales quæ inter appellationum & prioris instantiæ iudices, non sine partium dispendio, cursusq; iustitiæ impedimento.

pedimento, & saepe cum scandalo oriuntur; Sacra congregatio causis Episcoporum praeposita facta prius relatione Sanctissimo D. N. Clementi Papae VII. ac de Sanctitatis suae mandato viue vocis oraculo desuper habito, in hunc, qui sequitur, modum ab omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac seruari debere mandauit, & mandat.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchae in suffraganeos, eorum ne subditos non iudicent, nisi in casibus a iure expressis.

Item, nec alij superiores etiam Nunciij, vel Legati de Latere specificam facultatem maiorem non habentes, causas in curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad se non aduocent, nisi per viam legitima appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quo ad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quae realiter exhibeantur, prius constiterit appellationem a sententia diffinitiuam, vel habente vim diffinitiuam, aut a grauamine, quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit, in casibus a iure non prohibitis, per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam ac prosequutam.

Nec dum causa coram inferioribus iudicibus pendet, ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuam habentem, de grauamine illato superiores cognoscere valeant, licet citra prauidicium cursus causarum se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem, sicut praemittitur, receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiae, aut decreti diffinitiuum, aut vim diffinitiuum habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus & inde sequuta quaecumque sint ipso iure nulla, eisque impune non parere liceat.

Si appellans asserat sententiae aut appellationis exemplum culpa iudicis a quo vel actuarij habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit, vt soluta condigna mercede, actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur. Caueat tamen Iudex a quo, ne, si uere appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in prauidicium appellantis attentet, nisi per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit Iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

Ab executione decretorum Sacri Concilij Trid. aut visitationis Apostolicae appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute eisdem Sacri Concilij procedunt vti Sedis Apostolicae delegati in causis, quae sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur salua tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum Apostolicorum auctoritate.

In causis vero visitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quo ad effectum deuolutuum tantum admittantur, nisi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum uisitor citata parte, & adhibita causa cognitione iudicialiter procedit; tunc enim appellationi locus erit etiam quo ad effectum suspensiuum.

Cum a grauamine, quod per diffinitiuam reparari nequit, ut indebita carceratio, uel tortura, aut excommunicationis etiam comminata appellatur, non nisi uisus actus, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibito, uel pronisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem quo reperitur carcere, permanebit, quo ad iudex ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc si a Iudicis ad quem decreto vim diffinitiva habente fuerit appellatum nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processum primæ instantiæ ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archiuo conseruentur.

Censura ecclesiastica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncque si constiterit, eam iustam esse, ad iudicem, qui excommunicauit, appellans remittendus est, ut ab ipso iuxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit debitamque emendationem præsterit, obtineat: si vero iniustam esse clare appareat superior a solutionem impendat, si dubitetur honestius est ut ad excommunicatorem intra breuem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absoluentis remittatur, licet etiam superior hoc casu in idipsum per se præstare iure possit.

Absolutio ad cautelam nõ nisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolata, vel a iure si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum, & si iuxta formam a iure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum, fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore quis tenebitur, priusquam ad cautelam absoluat.

Assentientia etiam diffinitiva contra verum contumacem prolata appellatio nõ recipiatur, nec inhibito, aut alia quavis prouisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur.

Romæ in Sacra Congregatione die xvi. Octob. 1600.

Alex. Card. Floren.

Hiero. Aguechius Sec.

* ADDITIO. Quod ab inquisito de heresi possit appellari ad Metropolitanum, tenet Zaneh. in tract. de heresi cap. 29 num. 3 & 4. Repert inquis. in verbo appellare, quamuis de prouocando, ad Metropolitanum non facile admittat Franc. Pegna in directo. inquis. par. 3. commen. 31. fol. 459.

d Dictis per Dominum Authorem adde, quod postulans absolutionem ad cautelam non fatetur se excommunicatum glo. recepta in c. venerabilem in verb. postulauerit, de elect. Nau. cons. 5. num. 13. de empt. & vend. neq; inducit eius necessitatem idem. Nauar. in cons. 1. ne cler. uel monac. numer. 3. & absolutionem ad cautelam an possit dare is, cui commissa est absolutio simpliciter. Nau. in man. confess. cap. 17. sub nu. 278. qui tenet, quod non contrarium asserendo in Delegato cui committitur causa faciendo differentiam inter commissionem absolutionis, ab excommunicatione, & commissionem causæ, quæ sine absolutione partium ad cautelam non satis commode possit tractari, de quo plenius per Couar. in cap. alma mater par. 1. §. fin. sub num. 8. Et in absolutione ad cautelam requiritur licentia a Diocesano loci, quando

fit

fit ad partis instantiam, secus si ex officio procedit. Pavi. in tract. de offi. & pot. cap. sed. vac. par. 2. q. 6. nu. 6. & potest excommunicatus absolui ad tempus cum reincidentia Couar. in d. par. 1. §. 11. sub nu. 6.

Denique de hac materia post primam editionem scripsit late Author Thesauri Casuum conscientia lib. 2. c. 18. quibus adde Lancel. lib. 4. instit. Canon. in tit. de excom. §. si quis tamen, & ibi glo.

e Extat declaratio Sacrae Congregationis Conc. Trid. ad instantiam Episcopi Nicoteren. videlicet.

An quod c. 10. sess. 24. de refor. dicitur, quod episcopi tanquam Apostolicae sedis Delegati ius, & potestatem habeant & c. Ita intelligendum sit, ut possit episcopus declinare iurisdictionem Metropolitanam.

Congregatio Concilij censuit non posse in casibus illis, in quibus ante Concilium tanquam ordinarius poterat uti eodem iure, eademque potestate.

Iurisdicctio duplex aliquando in persona vnius residet cap. super quaestionum §. si vero & ibi Anchar. de off. Deleg. Menoch. de sumpt. li. 2. cap. 16 & 17. & iurisdictionem ordinariam, & delegatam habens videtur procedere illa, quia magis firmatur processus Navar. in conf. 32. de sen. excom. in antiq.

Differt autem ordinarius a delegato tantum, quia absolutio excommunicationis facta ab habente potestatem iure ordinario non servata forma iuris valet etiam ante satisfactionem, non tamen facta a Delegato Nav. in man. conf. c. 27. num. 37.

g Episcopus cognoscit de suspitione Vicarij, eo tamen existente in remotis, cognoscunt arbitri sicut cognoscunt de recusatione episcopi Iacob Brozz. in tract. de offic. Vica. lib. 3. q. 16.

Acta tamen facta per iudicem recusatum an sint ipso iure nulla. Ant. Gabr. in tit. de iudicij conclus. 5. Minado. conf. 27. & de attentatis post recusationem iudicis Lancell. in tract. de attent. par. 2. c. 6. A decretis vero in causis suspitionum non datur appellatio de iure regni Vinc. de Franch. dec. 408.

Quando episcopus litigat cum subdito, vel est suspectus eliguntur arbitri. Capi. de cis. 137 a quorum sententia appellari ad Papam tenet Maran. in 6. par. in verbo, & quandoque appellatur num. 376. per glo. in c. ab arbitris, de off. delega. in 6. Sed hoc procedit in arbitris delegati Papae, non autem ordinarii, quia tunc potest appellari ad Archiepiscopum ut est com. opi. Cara. in ritu M. C. Vic. 265. & tenet D. Quaranta supra sub num. 19. vers. item quero a delegato recusati.

Hinc dubitari potest, an Episcopus sit iudex legitimus in causa sua ecclesiae, seu ad Episcopatum pertinente. Respondeo affirmative prout expresse, & indistincte tenet glo. in can. si quis erga, vers. priuatur 2. q. 7. & Innocen. in c. nosti, num. 1. de elect. Pur. decis. 210. num. 3. lib. 2. quam glossam communiter receptam fatetur Navar. in conf. 20. sub nu. 9. de rescript. in nou. & est com. Canonistarum sententia, de qua testatur Redoa. in tract. de reb. eccl. non al. q. 78. c. 8. num. 4. & 5. Quam Conclusionem declara primo, ut tamen consultius sit alij committere, in quo omnes concordare asserit Alberic. in rubr. C. ne quis in causa sua, num. 3. Secundo de clara, ut non procedat quando commodum venit ipsi Episcopo applicandum ex Panor. in c. venerabili, num. 4. de censib. Tertio declara ut possit nihilominus recusari, & pp. praesumptam affectionem uti suspectus allegari, ut post Abbatem, Fra. & Dec. in c. postremo de appel. concludit Stepha. Aufrer. in tract. de recusat. nu. 8. ex com. & ueriori opinione Marant. in Spec. aduocat. par. 9. in 2. actu princip. nu. 51. Casar. de Graf. in decis. 4. num. 1. sub ti. de excep. & Capyc. decis. 137. num. 6.

b Tenor vero declarationis est. An quod decreto Sacri Conci. Trid. sess. 13. c. 1. de refor.

refor. & alio sess. 24. c. 10. de refor. dicitur de grauamine quod per appellationem a diffinitiuā reparari non potest, intelligi possit & debeat de grauamine in debita carcerationis.

Sanctissimus D. N. audita relatione Congregationis concilij declarauit ita esse intelligendum, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse & ordinarium teneri huic appellationi deferre & teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.

Carcerati sine processu appellatio a Metropolitanis cognosci potest, dummodo non impediatur executionem correctionis, eadem Sac. Congregatio censuit hactenus verba declarationis.

K In quibus casibus potest inferri tortura Carau. in ritu Mag. Cur. Vic. 41 nu. 13. idem in ritu 259 sub nu. 11 tenet, & probat, quod a decreto de torquendo admittatur appellatio & tortura suspendetur etiam antequam per iudicem ad quem inhibeatur, nam licet regulariter appellatio ab interlocutoria non liget manus iudicis a quo antequam inhibeat, ut in c. non solum, de appell. in 6. limitatur non procedere in ea interlocutoria quae infert grauamen irreparabile ut ista de torquē. 10. & ampliat praedicta procedere non solum quando tractatur de eruenda confessione, sed etiam si tortura inferatur ad eruendam responsionem affirmatiue vel negatiue, ampliando etiam quando appellatur a comminatione torture, ut ligentur manus iudicis sicut per appellationem a decreto de torquendo, & grauamen irreparabile dicitur omnis actus irreparabilis ferens secum executionem in instanti, ut excommunicatio carceratio, tortura, & alia huiusmodi, quae continent factum quod infectum esse non possit l. in bello §. facta. ff. de cap. & post reuer. ideo illud grauamen irreparabile cessatur Doc. in l. quod iussit ff. de re iudi. Diaz reg. 39.

Amplia ut idem iudicetur, quando grauamen esset quidem reparabile, sed cum magna difficultate, aut prauiudicio partis, ut nec tunc iudex procedere possit. Felin. in c. accepimus, nu. 5. de fid. instru. Duen. reg. 52. limit. 13. nu. 13. Menoc. in comment. de adipisc. poss. remed. 4. nu. 866. Lancello. in tract. de attentat. par. 2. c. 12. lim. 1 nu. 104. Hier. Gonzalez in comment. ad reg. 8. Cancell. gl. 9. §. 1. f. 282. nu. 187. qui alios etiam casus refert.

Idem iudicium fit de grauamine reparabili sed cum magna difficultate quae de irreparabili. Dicitur etiam decretum habere vim diffinitiuam quando episcopus suffraganeus perierit remissionem causae, & Archiepiscopus declarasset se iudicem competentem & ab hoc decreto suffraganeus appellasset quo casu non poterit Archiepiscopus ad ulteriora procedere, quia talis interlocutoria habet vim diffinitiuam, secus vero si ad instantiam rei hoc decreuisset ut per Carau. in d. ritu 259. in fin. ubi allegat Rebuff.

In hac materia Appellationis addendo omnibus praedictis sciendum est, quod appellatio debet fieri coram iudice a quo infra decem dies nisi sit absens, vel adesset iustus metus, quia tunc coram iudice ad quem, vel extrajudicialiter coram Notario iudice & testibus c. fin. ubi Zab. de appellat. Maran. in 6 par. in verbo, & quandoque appellatur. nu. 133.

Item inhibito superioris legitime interposita cum causa cognitione, & parte citata ligat manus iudicis, alias secus. Maran. in d. 6 par. nu. 207 Prosp. de Aug. V. I. D.

21 *An propter negligentiam episcopi deouluatur iurisdictio ad Archiepiscopum.*

22 *An extra causam negligentia.*

23 *Quanam possit Archiepiscopus exercere in sua provincia suffraganea, & in locis exemptis suae diocesis & provincia.*

21 **D**eterminatione auctoritas est, † vt propter negligentiam *m* episcopi deouluatur potestas ad Archiepiscopum 9. q. 3. vbi glo. in sum. & in c. fin. in verbo negligeres, quas. eadem, ac in c. pastoralis, in prin. de off. ordi. in c. licet olim, de accus. in c. 1. de supp. negli. praela. in sexto. Hostien. in Sum. de off. ordi. sub num. 7. Abb. in c. quanto num. 6. de off. ord. Gemi. & Franc. in c. venerabilibus. §. sane, de sen. excom. in sexto. notant ex eo text. quod Archiepisc. habet iurisdictionem in subiectos suffraganei si suffraganeus negligit facere iustitiam, & hanc esse communem opinionem dicit Abb. in c. graue num. 9. de off. ord. Felin. in d. c. pastoralis, num. 6 & quod negligentia sit iusta causa priuandi aliquem exercitio, & modos probandi negligentiam, vbi a iure vel superiore non est praefixum tempus. Feli. ponit in c. irrefragabili, de off. ord. Sed contra praedictam communem opin. tenet Abb. in c. si quis contra clericum. nu. 7. de fo. comp. & in repetitione eiusdem, qui a num. 40. vsque 42. late examinat, & concludit, quod episcopo pro suis excessib. excommunicato, vel iurisdictionem exercere negligentes, eius iurisdictione regulariter ad Metropolitanum non deouluatur, quamquam in casu negligentia ad iustitiam ministrandam eundem compellere valeat, in praelatis vero episcopis inferioribus quo ad ipsum, secus est censendum, & ex hoc infert corollarium quod pinguius ius habent episcopi in subditos suorum subditorum, quam Archiepiscopi in subditos suorum suffraganeorum. idem tenet Abb. in d. c. pastoralis, in princ. num. 10. & 12. in c. ex parte num. 17. de concess. praeben. in c. auaritia nu. 6. de praeben. in cap. ex frequentibus num. 10. de institu. in c. cum Berthold. num. 10. de sent. & re iud. in d. c. graue nu. 9. de offic. ordi. & in cap. nullus, de iure patro. similiter dicit quod Archiepiscopus non succedit data qualibet negligentia, sed tantum in casibus a iure expressis. Vnde licet regulariter possit compellere episcopum ad officium suum debite exercendum, non tamen ipse succedet in exercitio, & notat etiam Gemin. in c. 1. nu. 5. de suppl. negli. prael. in sexto, & sic maior est iurisdictione Archiepiscopi in suffraganeos, quam in subditos suffraganeorum Ancha. notat in d. cap. pastoralis in princ. Card. Alex. in cap. de ijs 12. distin. propter negligentiam ergo suffraganeorum non deouluatur actus ad Archiepiscopum, sed vniuersus mundus tenet oppositum, vt refert Felin. in d. c. pastoralis, qui dicit opinionem Abbatis esse nouam, & tuendo communem, tria pro ea considerat, scilicet dicit adde, quod non conuincitur iudex de retardata iustitia nisi fuerit ter requisitus Gram. in cons. crimi. 54. nu. 8. Bauer. in tract. de mora. par. 1. nisi in prima interpellatione recusaret, tunc vna sufficit, & sequitur Rebuff. in tract. concordatorum in rub. de friuolis appell. vbi concludit esse communem opinionem, quod si quis non potest habere iustitiae complementum a suo iudice, appellare potest ad immediate superiorem post trinam monitionem iudici factam, & iudex negligens circa ea quae sibi incumbunt tenetur ad interessse, vt per Rebuff. in loco praegallegato post glo. in c. dominus noster. 23. q. 2. & aduerte quod Abb. in d. c. si quis contra clericum, loquitur, quando quis vult adire Archiepiscopum per viam querela, & dictum suum dicit Abb. non procedere in casibus exceptis vt in absolutione ab excommunicatione ad reprimendam. de off. ordi. c. sacro, de sent. excom. glo. in cap. qua fronte, in verbo conqueruntur, de appell. & in correctione criminum. c. Romana, §. notoria, de cens. in sexto, qui text. procedit
etiam

etiam si Archiepiscopus non visitat. Abb. in c. ex frequentibus nu. 10. de institut. utroque enim casu mora affert periculum in illa, Abb. in d. repetitione c. si quis contra, num. 40. de for. comp. ex qua ratione inferitur quod licet Archiepiscopus non possit ipse dare licentiam, vel consentire, sed tantum compellere episcopum ad consentiendum, tamen si causa est multum fauorabilis propter aliquod bonum emergens, quod bonum aliter non succederet, poterit etiam ipse dare licentiam, vel consentum praestare Lamb. de iure patro. lib. 1. par. 2. art. 20. q. 1. princ. num. 21. fol. 123. vbi pro ornatu d. c. nullus, de iure patro. Late tractat, quando aliquis habens consentire non vult consentire an possit adiri superior, ut illum compellat, ad consentiendum vel ipse consentiat, & concludit quod, quotiescumque consensus est praestandus per inferiorem praelatum episcopo iura episcopalia habentem, potest episcopus adiri in omni casu, ut vel compellat inferiorem praelatum ad consentiendum ipse consentiat, & ratio est in episcopo versus subditos praelatos, quia ipse habet intentionem suam fundatam de iure super omnes existentes in diocesi c. omnes basilica 16. q. 7. gl. in c. sane. & in cap. sicut vnire, de exc. prael. & in c. quamquam in verbo loci ordinario de vsu, in 6. c. cum contingat de fo. comp. & res, de facili reuertitur ad suam pristinam naturam c. ab exordio 36. dif. Secus tamen est in Archiepiscopo qui non potest supplere negligentiam episcopi, nisi in casibus a iure expressis per d. c. pastoralis, prout etiam supplet in casu institutionis in quo potest recurre ad Archiepiscopum, quando Episcopus non vult instituire qui praefiget terminum infra quem si non instituit ipse supplebit Abb. in d. cap. ex parte num. 17. de concess. praeb. & ultra rationem Abb. potest dici quod ille casus est expressus a iure scilicet in collatione beneficiorum, vel institutione ut episcopo negligente Archiepiscopus succedat, per c. 2. de concess. praeb. c. cum in cunctis, in fine de electio. d. c. ex parte, de concess. praeb. Rocchus de iure patro. in verbo pro eo quod diocesani consensu num. 16. Lamb. vbi supra, & in quaest. seq. & lib. 2. par. 2. par. 17. quaest. 8. prin. fol. 191. & in eodem lib. 2. par. 3. ar. 7. quaest. 7. princ. fol. 217. qui in praecedenti art. 6. num. 4. ponit multos casus in quibus superior potest praefigere tempus, vbi tempus a iure non est praefixum habenti facere actum, & si infra illud tempus ille actus non fuerit factus, ipse superior supplebit, si tamen episcopus habens consentire noluerit consentire ex iustis causis, & superior aditus non vult eum in illis audire, sed loco ipsius vult consentire, episcopus, vel habens consentire potest appellare ad superiorem superioris sui Lamb. in d. ar. 20. num. 13. fol. 123. & secundum communem opinionem inferitur, quod si suffraganeus est negligens in exhibenda iustitia, & subditus conqueritur Archiepiscopo de suffraganeo qui noluit procedere, tali casu deuoluitur potestas ad Archiepiscopum, ut tamen quo ad hoc nulla restet obiectio, consuluit Hostien. in d. c. 1. de supp. negl. prael. in sexto; ut Metropolitanus remittat subditum ad suffraganeum assignans ei certum terminum competentem infra quem iustitiam reddat, quo elapso si hoc non fecerit, debet Archiepiscopus diffinire, & ut episcopus monitionem negare non possit, fiat de praesentatione literarum publicum instrumentum, pro hac opinione Host. que est communis ut inquit Felin. in d. c. pastoralis de off. ordi. facit dispositio Conc. Trid. sess. 24. c. 20. §. legati. & ritus. 10. Cur. Archiep. Neap. & ibi Alberi. Olua Frecc. de subfeu. lib. 2. auctori. 11. Card. Alexan. etiam dicit in sum. 9. q. 3. quod si suffraganeus est negligens, ut non ordinet vel excommunicet, vel cõdemnet quos debet, & generaliter non facit ea, quae debet & admonitus non emendauerit, tunc Archiepiscopus intuito eo supplebit vices eius, scilicet quod in parochia eius ordinabit clericos, instituet in ecclesijs excommunicabit, absoluet, & damnabit secundum

Hugo-

quentibus. nu. 10. de instit. quando tamen episcopus est negligens, Siluest. in ver. Archiepiscopus. sub num. 3. in fin. sed in criminibus non notorijs, & de quibus solum laborat infamia, non potest Archiepiscopus procedere, sed debet compellere episcopum vt inquirat, & puniat. Soci. de visita. sub nu. 29. & si episcopus tunc non procedit in puniendo eius subditos, tunc potest Archiepiscopus, Pau. de visita. par. 2. q. 5.

XXV. auctoritas est quia Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in prouincia consuetudine sibi permitteute. Vnde licet Archiepiscopus regulariter non possit exercere iurisdictionem in prouincia in subditos episcopi suffraganei. cap. 1. de foro. comp. in 6. nisi in casibus in iure expressis per glo. in c. pastoralis de off. ordi. & in sum. 9. q. 3. & in c. conquestus. ea. q. inter quos est quando consuetudo hoc sibi tribueret d. c. 1. de for. comp. & c. 1. de pœnis in 6. vbi Gem. & Franc. notant.

AD D I T I O. Ex quo enim quis est in possessione per aliquod tempus sine controuersia dicitur pacifice possidere ita quod sit in ea conseruandus Card. Zab. declarando dictum Host. in cap. duo simul, de off. ord. & ex hoc inducitur consuetudo, quæ consuetudo tribuit iurisdictionem, cap. conquestus. 9. q. 3. capitu. cum contingat. de foro. compet. l. vult. C. de emancip. liber limita vt non possit Archiepiscopus vel alius Prælati consuetudine acquirere illa quæ tendunt ad honorem, quæ communiter non conceduntur ecclesijs sine priuilegio Apostolico, vt probatur in cap. contra morem. 100. dist. vel si vellet inducere, vt ecclesia sua præ ceteris habeat aliquam præminentiam, videlicet vt in ea haberet Canonicos Cardinales, aut esset aliqua dignitas omnino noua Doct. in cap. cum accessissent, de const. Petr. de Rauē. singulariter in enarrat. in tit. de consuet. sect. 2. num. 22.

XXVI. auctoritas est, nam Arch' episcopus, vel eius officialis potest mittere quæstores elemosynarum per totam Prouinciam pro fabrica ecclesiæ Metropolitanæ, quibus si a subditis suffraganeorum resistitur, vel non patetur, non possunt eos citare c. 1. de pan. & remiss. in 6. vbi Franc. dicit procedere pro quolibet opere pio. Imol. in clem. abusionibus. nu. 28. & Card. Zab. nu. 9. eod. titul. & de operibus pijs vide glo. in capitu. fin. in verbo Calibus eod. titul. de panit. & remiss. Ideoque licet Archiepiscopus punire possit subditos suffraganeorum impediētes eum vel eius officiales in iurisdictione contentiosa, vel quasi. c. 1. de pan. in 6. non tamen poterit iurisdictionem exercere contra ipsos subditos suffraganeorum impediētes eum, vel eius officiales circa charitatem, & exhortationem, sed bene potest Archiepiscopus coercere suffraganeos, & eorū officiales si absque causa iusta non permittunt, cum potestas ipsorum Archiepiscoporum circa exhortationem esseat alias delusoria, vel quia sunt iudices suffraganeorum, & eorum officiarum. Franc. in d. cap. 1. in 3. not. de pan. & remiss. in 6. Imo. & Card. Zab. in d. clem. abusionibus. nu. 8. & Bonif. de Vitali nu. 62. Ipsi tamen quæstores debent literas Archiepiscopi ostendere Dicecesano, qui habebit illas examinare, quo facto debet facere incorporari in literis episcopi, & tales literæ Archiepiscopi & episcopi concessæ quæstoribus erunt exhortatorix, non autem compulsiuæ Imo. in d. clem. abusionibus nu. 28. De forma autem literarum, & qua-

F les

les debeant esse quæstiones, habetur in cap. cum ex eo de panit. & remiss. Dum hic dicitur, quod tenentur ostendere literas suffraganeo consului in simili Archiepiscopum non posse propria auctoritate affigere cedulones contra excommunicatos, & publicatos ab ipso in sua Metropolitana, in ecclesiis suffraganeorum, sed debet eis scribere, ut publicentur, & affigantur iux. cap. curæ tit. 11. q. 3. cuius literis creditur e. ad probandum, de sent. & re iudi. & cum sit eius superior tenetur obedire nisi sint notorie iniustæ. glo. in c. vnic. §. eorundem in ver. requisisti, & ibi Doct. præsertim Vitali. de for. comp. His quæstionibus non obstat Conc. Trid. sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 21. de refor. c. 11. & sess. vlti. in Decr. de Indulg. quia loquitur Concilium de pravis eleemosynarum quæstionibus quorum abusus narrantur in d. clem. abusionibus. Nauar. in cons. 33. de panit. & remiss. in nouis, & hodie est penitus abolitum istud nomen quæstorum per Conc. Trid. in d. c. 9. sed debent nuncupari collectores ut extat declaratio. & debent habere qualitates prout in d. c. cum ex eo. adeo quod hodie per Conc. Trid. dicta auctoritas fundata in d. c. de pan. & rem. in 6. remanet intacta.

XXVII. Auctoritas est, ut Archiepiscopus possit mittere edictum per totam Prouinciam suam in catibus ad suam iurisdictionem pertinentibus cap. 1. vbi not. Gem. & Franc. de supplen. hegl. pralat. in 6. congruum tamen esset scribere episcopo, vel eo absente Vicario generali ut illud publicari, & affigi faciant ad valuas ecclesiæ Cathedralis vel alibi, ita vidi obseruari in publicatione edicti Concilij Prouincialis, quod quolibet triennio tenetur Archiepiscopus celebrare vigore decreti Conc. Trid. sess. 24. cap. 2.

XXVIII. auctoritas est, quia Archiepiscopus de iure communi potest ante se deferri facere crucem per totam suam Prouinciam: quod amplia etiam si locus esset exemptus vigore constitutionis editæ in Conc. gene. Viennensi relato in clem. Archiepiscopo de privileg. & ante poterat per prouinciam, habetur in cap. 1. ut lit. pen. & ibi Abb. sed ut possit libere in loco exempto hoc fuit inductum per d. clem. vbi Card. Zaba. sub num. 5. etiam dicit quod delatio Crucis, licet non sit contentiosa iurisdictionis, est tamen insigne sapiens superioritatem, & posse in loco exempto vti insignis voluntariæ iurisdictionis, & honoris, quem sequitur Vitali. in 3. not. dicens quod delatio Crucis significat quandam præminentiam eius, qui ante se illam facit deferre, idem tenet Abb. in d. cap. 1. sub num. 7. ut lit. pen. Card. in d. cle. & Doct. dicunt hoc ei concedi propter reliquias præcedentis subiectionis, cum per exemptionem talia loca non desinant esse in Prouincia vel diocesi, ius namque reuerentiæ nunquā tollitur per exemptionem, & ideo ecclesiæ exempta seu liberata tenetur nihilominus exhibere reuerentiā episcopo, & ire ei obuiam processionaliter more aliorum. Feli. in c. cum non liceat, sub num. 2. de præscript. Vide Cereemoniale episcoporum nuper editum, capitu. 2. lib. 1. Crucis enim prælatio illius cui præfertur, præcipuam quandam dignitatem demonstrat, explicat Fiuizanus in commentario de ritu sanctissimæ Crucis Romano Pontifici præferendæ lib. 3. capitu. 7. vbi eo. lib. capitu. 1. refert, eius significatus. Quid vero significet delatio Crucis in funere, declarat Vitali. in d. cle. & quid in processionibus Rationa. diui. lib. 6. cap. 102. num. 8. Amplia ut possit Archiepiscopus etiam quando non visitat Card. in d. cle. num. 8. multo magis quando visitat locum exemptum in sua diocesi vel Prouincia uti Sedis Apostolicæ delegatus, nam d. clem. generaliter loquitur, & verbum declinanti ad locum exemptum, de quo in d. clem. etiam in visitatione verificatur cap. cum ex officij, de præscript. quem text. allegat glof. in d. clem. & exemptis nullum fit ex hoc

hoc præiudicium vt in d.clem.expresse dicitur. Limita nisi esset præfens legatus Papæ, quia tunc nec Patriarcha, capitul. antiqua, de priuileg. vel præfens Cardinalis non legatus vel nuncius cum facultate legati de latere vt cæremo. episc. cap. 3. vbi de habitu ordinario Archiepiscopi, & episcopi in sua Prouincia, diocæsi, & ciuitate.

XXIX. auctoritas est, quod Archiepiscopus de iure communi potest benedicere populo per totam Prouinciam, quod amplia etiam in loco exempto per d. clem. Archiepiscopo, de priuileg. & per talem benedictionem delentur ventalia, & intellige tam de benedictione solèni per illa verba sit nomen Domini benedictum, vt inquit gloss. quam simplici, quam iterando præstant, vt ibidem per Card. & Doct. ita etiam expresse habetur in Cæremo. episc. cap. 4.

XXX. auctoritas est posse Archiepiscopum diuina officia in Pontificalibus celebrare, in Prouincia etiam in loco exempto, & ab alijs in sua præsentia sine Pontificalibus celebrari facere d. clem. Archiepiscopo, & potest vtj pallio diebus tamen permissis illo vtj. gloss. ibidem, computatur enim inter Pontificalia, & indistincte per d. clement. permittitur, inquit Card. sub num. 10. & tenent Anchar. num. 3. Imo. num. 6. Vitali. num. 16. & ceteri Doct. in d. clem. & Paut. de visita. par. 2. cap. 4. Ampliatur vt pro celebratione in Pontificalibus possit collocare sedem, quia spectat ad honorem episcopalem, & est de accessorijs ad celebrationem, & his pontificalibus vtitur sine iurisdictionis exercitio vel officio, vt missam celebrando, & prædicando, sed si iurisdictione vel officio vti vellet, id non poterit sine licentia episcopi, uel superioris loci exempti, vt ordinare, chrismare, degradare, vel similia faciendo. gloss. est celebris, & magistra. in d. clement. Archiepiscopo, quam communiter sequuntur omnes Doctores, & Paut. de visita. par. 2. q. 4. Id amplia etiam si vellet hoc exercere in subditum suum non solum in loco exempto, sed etiam in diocæsi sui suffraganei Couar. pract. quæstion. capitul. 9. sub num. 2. quod etiam amplia, vt non possit Arch. episcopus etiam extra Pontificalia exercere ea quæ sunt iurisdictionis contentiosa, vt excommunicare, iudicare, & alia similia. cap. 1. de offic. ordi. in 6. nisi in casibus a iure expressis Card. in d. clem. §. simili. sub num. 2. D. xi. supra auctorit. 18. sub nu. 15. & ideo quando vellet in sua præsentia ab alio celebrari facere in Pontificalibus, esset auctoritative de mandate, & iurisdictionem exercere, quod non potest non solum in loco exempto, ut declarant Ancha. nu. 4. Imo. nu. 9. & Card. in d. §. q. 7. sed etiam in Prouincia suffraganea. Card. in d. clem. in prin. num. 2.

Amplia hanc auctoritatem multo magis posse Archiepiscopum diuina officia priuatim, uel publice in Prouincia audire etiam in loco exempto d. clement. Archiepiscopo. & hoc eis competebat et extra Prouinciam sine Pontificalibus, & cuilibet episcopo extra Diocæsim per capitul. final. de priuileg. in 6. ut animaduertit Cardinal. in d. clem. sub num. 3. sed hodie quo ad locum seruanda est dispositio Concilii Tridenti. sess. 2. capit. quarto. uersiculo, ne patiantur, contra quam dispositionem non potest loci ordinarius dare licentiam Nau. consil. 1. de const. num. 79. in antiq.

Notandum quod in casibus in quibus potest Archiepiscopus uel episcopus in locis exemptis exercere uigore huius clem. si de facto prohibeatur, ita quod exempti eis resistant, non poterunt in eos animaduertere, sed debent agere coram superiore exemptorū, qui eos coget ad parendū huic constitutioni & non parentes puniet Cardinal. in d. clement. §. fin. in fin. Vitali. num. 56. extra locum exemptum in Prouincia poterit ipse Archiepiscopus procedere ut dixi supra 21. Auctor. d.

*in Sa-
ere con-
Srega-
tionis
relatiū
infra in
verbo
priuile-
giarē
gulariū
sub die
X. Junij
1603.
Latum.*

Alia quæ potest Archiepiscopus vel episcopus in loco exempto tam vti ordina-
rius quam vti Sedis Apostolicæ Delegatus vigore Decretorum Conc. Trid. di-
cam infra in ver. exemptio.

XXXI. auctoritas est, quia Archiepiscopus in Prouincia sua, potest con-
cedere indulgentias secundum formam Conc. General. cap. nostro de pœnit.
& remiss. cap. 1. eod. tit. in 6. de quo Conc. habetur in cap. cum ex eo. eod. tit.
Notandum tamen est secundum Nauar. in tract. de Iubilæo, & Indulg. not. 31.
num. 13. fol. 156. quod episcopi, & superiores non possunt concedere Indul-
gentias non subditis, exceptis primo exemptis sui episcopatus; exceptis secun-
do ijs, quibus a superioribus suis facta est facultas eas quærendi; exceptis ter-
tio saltem mediate subiectis, quales sunt subditi suffraganeorum, respectu
Archiepiscopi. His enim Archiepiscopus concedit d. capitu. nostro de pœnit. ita
Nau. loco præalleg. Sed quod in loco exempto episcopus, seu Archiepisco-
pus non possit concedere Indulgentias, cum sit dignitatis, & iurisdictionis
episcopalis, tenet Card. Zab. in clem. Archiepiscopo in §. sit tamen, a num. 4. vbi
Anchar. num. 6. & Vitali. num. 66.

XXXII. auctoritas est, vt Archiepiscopus intra quamlibet ecclesiam Pro-
uincia suæ possit vti pallio cap. 1. de aucto. & vsu pal. etiam in loco exempto.
gloss. in d. clem. Archiepiscopo, de priuileg. Abb. in capitu. 1. de aucto. & vsu pal.
& quia Pontificalis officij plenitudo confertur per pallium antequam obtine-
rit pallium, licet sit consecratus, non sortitur nomen Archiepiscopi, vel Pri-
matis, aut Patriarchæ, & non poterit episcopos consecrare, nec conuocare ad
Concilium, nec christiana conficere, nec ecclesias dedicare, nec clericos ordinare
a etiam si pallium in alio Archiepiscopatu habuisset, cum oporteat petere no-
uum pallium: Potest tamen quando vult Missam sine pallio & sandalijs cele-
brare, potest etiam huiusmodi consecrationes ante pallij receptionem alteri
committere, dummodo non sit in mora petendi pallium; nec ante habitum
pallium, potest Metropolitanus ante se crucem deferre, sed tantum post se, nec
potest Archiepiscopus vel Patriarcha vti pallio extra suam Prouinciam vel Pa-
triarchatum, & non omni tempore, sed tantum in ecclesia in Missarum solen-
nibus, in festis præcipuis, non in processionibus, neque in Missis pro defunctis,
& est personale, & ideo accommodari non potest, nec in morte alicui relin-
qui, sed Archiepiscopus, vel Patriarcha cum eo sepeliri debet, vt dicitur in
Pontificali Romano sub rub. de pallio, vbi exprimuntur etiam dies, quibus pal-
lio vti potest. Probantur prædicta omnia in dist. 100. & in d. ut. de aucto. & vsu
pall. per totum, & in c. suffraganeis. & in c. quod sicut §. super eo. de elect. c. 3. in fi.
de postu. pralat. De pallio Patriarchæ, vide cap. antiqua de priuileg. & de electio. in
Archiepiscopum, & confirmato quid exercere possit, vide gl. in c. 1. de transf. episc.
& in d. c. suffraganeis.

Notandum quod licet hodie Archiepiscopus non visitet Prouinciam vt
proxime dicam, tamen potest vti prædictis auctoritatibus 28. 29. 30. 31.
& 32. non enim sequitur, non visitat, ergo non potest vti, quia etiam
extra actum visitationis possunt prædicta exerceri, non enim probat hoc esse,
quod ab hoc contingit ab esse. neque natales C. de prob. tum quia locum exem-
ptum Archiepiscopus non visitat, & tamen in eo vtitur d. clem. Archiepiscopo,
de pri.

Præterea per Decreta Conc. Trid. prædicta Archiepiscopo non prohiben-
tur, quæ ei competunt iure communi vigore etiam Conciliorum genera-
lium,

lium, & non ex privilegio speciali, exemptis habentibus privilegium, fuit derogatum in hoc per d. clem. Archiepiscopo, quæ ideo fuit situata sub tit. de privileg. respectu exemptorum privilegiatorum, sibi non obstante quocunque privilegio, tamen communi præsertim dispositioni Concilii non censetur derogatum nisi expresse dicatur e ex parte, de cappel. mo. ideoque prædictis non obstat Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. de refor. quia loquitur de Pontificalibus cum exercitio, ut de collatione ordinum, & de episcopo ordinare volente etiam prætextu privilegij ordinandi extra suam diocesim, prout erant ante Conc. Trid. multi titulares episcopi, & ordinabant ubique volebant sine episcopi illius loci consensu, & ita dicit Navar. conf. 21. de temp. ordi. in antiq. qui in consil. 69. de sent. excommuni. in antiq. extendit etiam ad episcopum qui in aliena diocesi sine licentia consecravit calices, & benedixit corporalia, & episcopus eicumsripto privilegio etiam ante Concilium non poterat per cap. episcopus, 7. q. 1. ac Archiepiscopus etiam vigore prædictarum auctoritatum ante Concilium non poterat ordinare in diocesi suffraganei etiam subditum suam nec alia exercere. d. c. 1. de off. ordi. in 6. & 9. q. 3. per totum, ut dictum fuit supra. Insuper licet diocesis suffraganei non dicatur diocesis Archiepiscopi, tamen est de eius Provincia suffraganea, & in ea habet iurisdictionem ordinariam Metropolitanam Archid. in c. per singulas. 9. q. 2. num. 4. Bott. de synod. epi. par. 3. art. 2. num. 27. sollicitudo namque totius Provinciae Metropolitana commissa est dixi supra autho. 9. sub num. 6. & authorit. 20. & est suffraganei superior, & iudex eius subditorum in casibus sibi a iure permissis, ut late etiam fuit demonstratum autho. 16. num. 10. & autho. 17. num. 12. & autho. 18. sub num. 16. Non est ergo iudicandum de Archiepiscopo sicut de episcopo alieno, & sic remanent prædictæ auctoritates intactæ secundum dispositionem iuris communis, & non correctæ per Concil. Trid. sess. 6. capitul. 5. Igitur Archiepiscopus in quolibet loco suæ Provinciae etiam exempto, non obstante quocunque privilegio contrario, potest facere ante se libere portari Crucem, benedicere populo, & audire publice vel privatim divina officia, & in Pontificalibus celebrare, & coram se facere celebrari sine Pontificalibus tamen. d. clem. Archiepiscopo, de privileg.

a **ADDITIO.** Licet episcopus possit ministrare illa, quæ sunt ordinis, tamen postquam fuerit in Archiepiscopum promotus, & nondum pallium consequutus, non potest ordines conferre, ut episcopus, nec Archiepiscopus: & istud est verum de clericis sui Archiepiscopatus, quia tunc videtur conferre ordines iure suo, & tanquam Archiepiscopus in subditum suum, & in collatione ordinum in sua diocesi & Provincia utitur pallio, quod adhuc non habuit. Ita intelligitur tex. in d. cap. quod sicut, & præterea, in fine, de elect. Potest tamen ante receptum pallium alteri committere glo. in c. 1. de transl. episc. Alios tamen clericos potest ordinare si sit inuitatus ab alio episcopo, & nomine illius, alia episcopalia exercere, & ratio est, quia illud non videtur facere iure suo & tanquam Archiepiscopus sed ut simplex episcopus, tum quia etsi habuisse pallium, non posset eo extra Provinciam suam uti ita colligitur ex dictis per Innoc. Zabar & Ancha in d. c. quod sicut, & præterea, & in c. suffraganeis, eo tit. de elect.

Item Archiepiscopus, qui renunciauit Archiepiscopatu, & sic loco, & non dignitati, non potest exercere Pontificalia cum pallio in diocesi & Provincia renunciata etiam cum consensu Archiepiscopi successoris, & suffraganeorum, sed tantum exercere Pontificalia sine pallio cum consensu prædictorum quemadmodum in alijs dic-

cesibus, de consensu diacesanorum, quia illo pallio amplius vti non potest, sed debet retinere penes se, & cum eo sepeliri, vt per Docto. loc. cita. & facit tex. in c. ad supplicationem, de renunc. Pari. de resigna. benef. lib. 1. q. 17.

Item ante receptionem pallij nihil interim de ecclesia Prouentibus recipere potest, vt in extrauag. communi prima de elect. in fine & pallij traditio per obiectum criminis, vel defectus retardari non debet, nisi obijciens praestito iuramento offerat se promptam de obiectis facere fidem, vt in extrauag. communi vnica, de auth. & usu Pall.

XXXIII. auctoritas est, nam Archiepiscopus potest visitare Prouinciam, & procuracionem a subditis suffraganeorum suorum exigere c. cum Apostolus, ibi glo. in verbo Archiepiscopi. c. sopita, & c. super eo, & c. cum nuper. de censib. c. cum ex officijs, de praescript. c. 1. & c. fin. de cens. in 6. vbi dicitur quod Archiepiscopus dum uisitat Prouinciam, potest confessiones subditorum suffraganeorum audire, & absolueret confitentes, & ipsis penitentias iniungere salutares, & poterit absolueret a casibus episcopo reseruatis, & censuris. Pauli. de vilita. par. 2. q. 4. & dispensare in foro conscientiae Abb. in c. ad extirpanda, de fil. presb. Non potest ordinare, neq; concedere literas dimissoriales quia non reperitur a iure ei permillum Franc. & Gemin. in d. c. si. neq; chrisma vt per Petr. Subert. in tract. de cultura vitae Dei par. 1. c. 9. Non poterit exercere iurisdictionem fori contentiosum in subditos episcopi suffraganei nisi in duobus casibus, in criminibus notis, & contra impediens eius iurisdictionem. vt per Soci. de vilita. sub nu. 29. & dictum fuit supra aucto. 21. & 24. Hodie vero per Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3. non potest visitare dioceses suffraganeorum nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & tunc visitando habebit easdem facultates, quas ante Conc. de iure communi habebat, vt ex praalleg. iur. nec non alia quae a Concil. Prouinciali, in specie ei committerentur iuxta facultatem, quem habet a iure Conc. Prouinciale.

XXXIV. auctoritas est, quia Metropolitanus potest per totam Prouinciam suam praedicationis officium aliquibus interdiceret, prout in c. tuarum, de priuileg.

XXXV. auctoritas est, nam Metropolitanus potest confirmare electum confirmandum ab episcopo suffraganeo, si ecclesia suffraganea vacat, si tamen est consuetudo c. sicut tuis, & ibi gl. in ver. ad Coloniensem, de simo.

XXXVI. auctoritas est, vt Metropolitanus possit deputare Vicarium, seu officialem in ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem episcopi Capitulum non prouiderit ex decreto Sacri Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali c. 18. & emolumenta sede vacante erunt successoris, & non Capituli. clem. statutum, de electio. In quibus hodie in Regno Neapolitano regulariter succedit Camera Apostolica, electio tamen Vicarii debet fieri de capitulari persona, si idonea ibi reperiatur c. ne pro defectu, & ibi glo. de elect. & in c. nullus in unitis. 60. dist. sed non de necessitate, vt infra in verbo Capitulum sede vacante nu. 6.

XXXVII. auctoritas est, quia Metropolitanus tanquam Sedis Apostolicae Delegatus, potest compellere Abbates & Regulares praelatos negligentes, vt praedictio Euangelii fiat in ecclesijs parochialibus subiectis monasteriis in nulla die celi existentibus, in cuius Prouincia dioceses ipsae sitae sunt ex decreto eiusdem Conc. sess. 5. de refor. c. 2. Item Metropolitanus tanquam Sedis Apostolicae Delegatus potest conuocare Regulares in cuius Prouincia monasteria sub immediata
Sedis

Sedis Apostolicae protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum eiusdem Conc. sess. 27. de refor. cap. 8. de regul. de quo late per Nauar. conf. 83. de regular.

XXXVIII. auctoritas, quia metropolitanus cum duob. antiquiorib. suffraganeis potest in Prouincia erigere vnum, aut plura collegia seminarii ob ecclesiarum paupertate, iuxta Decretum eiusdem Conc. sess. 23. de refor. c. 18.

XXXIX. auctoritas, nam Archiepiscopus potest in casibus sibi permissis reum exulare extra Prouinciam cap. 2. de arbitr. An vero possit relegare extra Prouinciam quando in Prouincia, seu diocesi metropolitana non extat insula, & an tunc sententia operetur extra territorium, vide Felin. in c. postulasti. sub nu. 2. de for. comp.

XL. auctoritas est, quia licet Archiepiscopus non dispense cum subditis suffraganeorum suorum, vt per Doct. in c. ad extirpandas, de fil. presbyt. tamen in casibus in quibus potest iudicare, poterit etiam dispensare Felin. in c. pastoralis. nu. 7. de off. ord. & in quibus casibus possit Archiepiscopus dispensare vide Burgas. de Irreg. p. 3. in tit. de dispen. Archiep. fol. 76.

ADDITIO. Burgas. in loco preallegato tenet, quod Archiepiscopus dum visitat diocesim suffraganei audiendo confessiones in penitentialibus potest dispensare in foro conscientie, idem dicit Abb. in c. ad extirpandas de fil. presb. & dictum fuit supra aucto. 33. Item quando in foro exteriori dispensatio est debita ratione causa & persona debet remittere ad suffraganeum eius subditum, vt dispense cum eo, quo recusante vel negligente Archiepiscopus dispensebit. quod intellige vt dictum fuit supra aucto. 19. Item vbicumque suffraganeus culpa sua ius dispensandi perdidisset potest Archiepiscopus dispensare. Item quando episcopus est suspensus ad tempus & dispensatio pro magno bono fiendo, vel magno scandalo vitando celeritate requireret, tali casu fit deuolutio ad Metropolitanum, ita per Burg. vbi supra qui multa allegat.

Alius casus est, quod si ecclesia Cathedralis non habet capitulum actu, sed habitu, & quando nullus canonicus est in sacris in ecclesia suffraganea, tunc Metropolitanus potest exercere iurisdictionem, & vacante sede Metropolitana, Capitulum Metropolitanum ita per Pavi. de off. & pot. Cap. sed va. par. 1. q. 10. sub nu. 5. Item quando est discordia inter episcopos suffraganeos super perceptione iurium episcopaliurum in ecclesia, qua est sita in confinibus duarum diocesum, potest Metropolitanus eos cogere vt concordent, Bellenci. in tract. de charita. sub si. q. 52. Item Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeos, quando clericus publice tenet illicite ecclesia vt in terminis c. ad extirpandas, de fi. presby. dictum fuit sup. aucto. 20.

Et licet Archiepiscopus nihil possit in diocesibus suffraganeorum nisi in casibus a iure expressis, an idem sit in similibus vide Felin. in c. pastoralis. sub num. 3. de re. scrip. vbi videtur tenere esse periculosum hoc dicere.

Hac breuiter non sine magno labore recollegisse sufficiat de Catibus Archiepiscopo competentibus in iure expressis, vltra glo. Abb. & Felin. in d. c. pastoralis, de off. ordi. glo. in summa, & in c. conquestus 9. q. 3. & glo. Host. & Doct. in capitu. 1. de suppl. negl. pralat. in 6. & per eundem Host. in summa de off. ordin. & Pavi. de visita. par. 1. quaest. 10. num. 50. Lancell. Corrad. in templo omnium iudi. lib. 2. c. 4. in tit. de Archiepiscopo. Ceteras vero auctoritates lector suppleat.

His tamen quadraginta auctoritatibus puto fuisse satisfactum hodie die 9.

Martii 1585. In festiuitate Sanctorum Quadraginta martyrum familiae meae Protectorum; est. n. in honore hic numerus, vt legitur in lectionibus istorum Sanctorum.

Archiepiscopus autem his, & alijs auctoritatibus in calib. a iure permiffis expressis vtendo, moneo esse memores de dicto Apostoli (vt non dominantes in Clericum) relato a Gratiano in c. quia. 10. q. 3. & legitur in epistola in festiuitate Sancti Apollinaris die 23. Iulii.

Fuit autem iste Tractatus deinde Neap. Impressus in anno 1586. simul cum alio tractatu, sic inscripto de Concilio Prouinciali, & auctoritates Archiepiscopi in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota Prouincia tractatus auctore Stephano Quaranta V. I. D. Canonico Neapolitano. & c.

ARCHI VVS.

*Cognit
tit. de
off. ordi
narij.*

PRÆTER Summissas sciendū est, quod bonorum ecclesiasticorum Archiuū tenentur facere Prælati in eorum diocesis, & administratores ecclesiarum ex Constitutione Sixti V. incip. Prouida.

Romani Pontificis circumspectio, & infra. Mandantes vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, alijsque Prælati, & Præsidentibus ecclesiarum, Monasteriorum, vniuersitatum, collegiorum, & Præceptoriarum maiorum, ac similiarum ecclesiasticarum dignitatum quocunque nomine censeantur, saecularium, & quorumuis ordinum, ac militiarum regularium, nobis, & Sedi Apostolicae immediate subiectorum, siue nullius sint Diocesis, siue alias quomodolibet exempta existant, dum tamen ordinariam in subditos, aut quasi episcopalem iurisdictionem, de iure, consuetudine, aut priuilegio habeant, aut exerceant per Italiam constitutis, vt loco Arbitrii generalis ecclesiastici sui per nos suppressi, ipsi & eorum vnusquisque qui hactenus inuentaria huiusmodi non confecerunt, debeant omnino intra annum, a die quo praesentes nostrae ad eorum notitiam peruenerint, omnium, & quorumcūque bonorum immobilium, censuum, canonum liuellorū, prouentuum annuorum iurium, iurisdictionum, ac priuilegiorum, & scripturarum quae eis eorumque arbitrio a notatione digna videbuntur Ecclesias, monasteria, collegia, vniuersitates, Præceptorias maiores, & dignitates, quibus ipsi respectiue praesunt pertinentium, & in quorū possessione existunt inuentaria diligenter conficere, & deinde quicunque eorum in regimine, seu administratione ecclesiarum monasteriorum, collegiorū vniuersitatum, & Præceptoriarum maiorum, seu in dignitatibus huiusmodi successores fuerint, simili ita annum a die habite possessionis similia inuentaria de nouo conficere, seu renouare teneantur. Curēt præterea sine vlla impensa grauamine, ea autem aut solutione suorum subditorum per omnes, & singulos, qui vel eorum iurisdictioni quomodolibet subiecti sunt, vel in eorum Ciuitatibus, Diocesis, & districtibus respectiue existunt, etiam si exempti, & pariter nobis, ac dictae Sedi immediate subditi esse noscuntur, Abbates, Prepositos, Priores, Vicarios Guardianos, Abbatissas, Priorissas, & cuiuscunque ecclesiae, vel pii loci saeculares, vel regulares, & alios quocunque titulo, & nomine praefectos vtriusque sexus bona stabilia, iura, census, redditus, & prouentus quomodolibet possidentes, ceterasque personas ecclesiasticas quascunque dignitates, personatus administrationes, vel officia, aut beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura saecularia, & quorumuis ordinum regularia in quibusuis, ecclesiis, seu ipsas parochiales, aut alias ecclesias in utulum, vel commendam, aut alias quomodolibet

modolibet obtinentes; Præceptores quoque minores, & alios qui beneficia quarumcunq; militiarum obtinent, denique per omnes, & quoscuq; administratores, Rectores, Custodes, officiales, operarios, & quocunq; nomine nuncupatos superiores quorumcunq; hospitalium, Sodalitatum Confraternitatum, Seminiorum, Montium pietatis, collegiorum studiorum generalium, fabricarum ecclesiarum, & piorum vel religiosorum locorum, etiam quæ per laicos, seu clericos coniunctim, vel diuisim regi, aut gubernari solent per modernos quidem intra eundem annum, ut præfertur, eorum vero singulorum pro tempore successores et intra annum, ut dictum est, inventaria huiusmodi bonorum, ac aliorum supradictorum quæ eorum curæ, seu administrationi commissa sunt, similiter accurate, & diligenter confici; & ad se deferri, eosque ad id per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedijs sibi bene visa cogant, & compellant, ac demum inventaria omnia prædicta tam a seipsis, quam ab alijs confecta similiter gratis, & sine vlla etiã minima impensa aut exactiõne in loco congruo ad id deputato, ac tuto, & bene clauso reponant, atque perpetuo custodiant, & conseruent, laudabilemque hanc consuetudinem, vbi iam viget, prosequantur, vbi vero non est, quam primum introducant.

Romæ die 8. Iunij 1587.

Et per hanc Constitutionem determinatur quæstio disputata per Abb. in sua q. 3. dub. 4. sub num. 16. & per Couar. in c. 1. de testa. nu. 9. An episcopus, seu Præfatus teneatur facere Repertorium, seu Inventarium rerum ecclesiæ. De hoc Archivo faciendo fuit prouisum per multa Concil. Protin. Metrop. præsertim per Neap. sub tit. de visita. §. quoniam fol. 60. Et omnes beneficiati teneantur facere Inventaria, & maior ecclesia teneatur habere Archivum vbi collocari debent Pavi. de visita. par. 2. q. 3. Fuscus de visita. cap. 15. num. 33.

ADDITIO. Archivus est locus in quo reponuntur scriptura publica quæ armarium librorum appellat gloss. in clem. unica in ver. Archivus de iureiuran. in quo tex. & in c. peruenit. 30. q. 1. fit mentio. de Archivis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & nota quod qualibet ciuitas debet habere archivum publicum, & Camera actorum in quo reponantur acta, & instrumenta publica ut facilius inueniantur, ac incorrupte seruentur tex. est nota in auth. de defenso. ciui. §. pen. ver. præcepta. vbi gl. etiam ponit qualiter vocetur præpositus archiuo publico, & quod faciat fidem instrumentum productum ex publico archiuo habens publicum testimonium, est text. in auth. ad hæc. C. de si. instru. in l. c. sus. ff. de probat. in l. moris §. solet ff. de pœnis Grau. cons. 602. nu. 2. lib. 4. & quando dicatur habere publicum testimonium ultra gloss. ibi de clarat. Abb. in c. ad audientiam. de præscrip. & ad prædicta vide etiam Innoc. in c. 1. de procura. & Quintil. Mandos. super glo. facult. §. Habita. in ver. Archiuus.

ASTROLOGIA IVDICIARIA.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcunq; diuinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, extat Sixti V. Constitutio Romæ publicata die 9. Ianuarij 1586. & alias Neapoli impressa, Incip. Cali, & terræ creator Deus, & infr. fol. 51. in Bulario.

Kac

Cogruit
tit. de
Sortile-
giis.

Hac perpetuo valitura Constitutione Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dicta Iudiciaria Astrologia artem, præterquam circa Agriculturam, Navigationem, & rem Medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & uariuitates hominum quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana uoluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certe affirmare asserant, aut protestentur, quam contra alios utriusque sexus qui supradictas damnatas vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes siue scientias exersens, profitentur, & docent, aut discunt, quæ huiusmodi illicitas diuinationes sortilegia superstitiones, ueneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelerata, & delicta ut præfertur faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiusque dignitatis gradus, & conditionis existant tam episcopi, & prælati superiores, ac alij ordinarii locorum, quam inquisitores hereticæ prauitatis ubique gentium deperant etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non ualebant, diligentius inquirent, & procedant, atque in eos seuerius canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes & singulos libros opera & tractatus huiusmodi Iudiciaria Astrologia, Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, Necromantia, Artis magicæ, aut in quibus Sortilegia, Ueneficia, Auguria, Auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac ut supra in memorato Iudice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis, a quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos episcopis, & ordinariis locorum, vel inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere, & nihilominus eadē auctoritate statuimus & mandamus ut contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi seu in quibus talia continentur, similiter idem inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere & pœnis condignis punire, & coercere possint. Non obstantibus, &c.

Indicis librorum prohibitorum Regula 9.

Libri omnes, & scripta Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, Necromantia, siue in quibus continentur Sortilegia, ueneficia, auguria auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiciuntur.

Episcopi uero diligenter provideant, ne Astrologia iudiciaria, libri tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut iis actionibus quæ ab humana uoluntate pendent, certo, aliquid euenturum affirmare audeant. Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ navigationis, Agriculturae, siue Medicæ artis inuanda gratia conscripta sunt.

Censuras, & pœnas de quibus in prædicta constitutione fit mentio, uide infra in uerbo libri prohibiti, & ad declarationem omnium prædictorum uide Abb. in c. ex tuarum, au. 6. de sortile. & Caiet. in Sum. in uer. obseruatio astrorum. Et pro interpretatione, & significato uocabulorum uide c. 1. 26. q. 3. & cap. nec mirum 26. q. 5.

ADDITIO. Ultra Abb. in d. c. 2. de sorti. adde Paul. Grillan. in trac. de sortile q. 11. nu. 12. & 22. & Corrad. Lancel. in templo omni. iudi. lib. 1. c. 1. uers. sortilegia euitare. Navar. cons. 1. sub tit. de sortile. & quæ diffusius refert Ambros. de Uighat. vna cum annot. Franc. Pegn. in tract. de heret. q. 10.